temporum perinde ac locorum occasiones plurimum momenti habeant ad cuiuscunq; generis actiones: sicut abolitio locorum idolis dedicatorum idolomaniæ Britannicæ insanabile vulnus iamdudùm infixit, ita abolitio dierum illis consecratorum mortiferam plagam eidem per Dei gratiam radicitùs extirpatâ ex hominum animis omni superstitione tandem inferet.

59 *pag.* 6 *lin. leg.* tunc paulò maior quintâ
172 *pag.* 20 *lin. leg.* vicesimotertio die.

temporum perinde ac locorum occasiones plurimum momenti habeant ad cuiuscunq; generis actiones: sicut abolitio locorum idolis dedicatorum idolomaniæ Britannicæ insanabile vulnus iamdudùm infixit, ita abolitio dierum illis consecratorum mortiferam plagam eidem per Dei gratiam radicitùs extirpatâ ex hominum animis omni superstitione tandem inferet.

59 *pag.* 6 *lin. leg.* tunc paulò maior quintâ
172 *pag.* 20 *lin. leg.* vicesimotertio die.

DEFENSIO TRACTATVS DE VARIIS ANNORVM formis præsertim antiquissimâ & optimâ contra IOSEPHI SCALIGERI obtrectationem:

1135. a. 5.
3

Vnà cum examine eius Canonum Chronologiæ Isagogicorum.

Auctore THOMA LYDIAT.

K

LONDINI
Excudebat FELIX KYNGSTON.
Anno Dom. 1607.

DEFENSIO
TRACTATVS DE
VARIIS ANNORVM

Autore THOMA LYDIAT.

LONDINI
Excudebat FELIX KYNGSTON.
Anno Dom. 1607.

GENEROSO ET VENERABILI VERÆ QVE RELIGIONIS Æquè ac virtutis ſtudioſiſſimo viro, Domino *Antonio Copo Hauvellenſi, Equiti Aurato, bonorum pariter internorum ac externorum dapſilem affluentiam à Fonte omnis boni.*

NOn dubito Generoſe & Venerabilis Eques tum noſtros miraturos tum Pontificios inter nos degentes ſubſannaturos eſſe, quòd huiuſmodi opus nuncupem tibi, qui fortaſſe nunquam talium rerum ſtudio animum applicueris nec dehinc exactę ipſarum peruestigationi ſis vacaturus. ac ſanè ſi ipſum opus ſpecte-

ſpectetur quod præcipuè de Optimi
Anni Formâ inſtituitur: id quidem
argumenti ratione videri poſſet iure
nuncupandum vel ei penes quem ius
sit mutandi anni ſaltem apud nos
quemadmodum Clauius ille Ieſuita
ac Mathematicus celeberrimus Ca-
lendarii Gregoriani Apologiam Im-
peratori Rodulpho nuncupauit, ac
demum eiuſdem Explicationem Ro-
mano Pontifici Clementi octauo
poſt annos amplius viginti quàm
Pontifex Gregorius decimuſtertius
exemptis anno Iuliano decem diebus
illud introduxerat; vel certè alicui
viro inſigni huius generis doctrinæ
nomine, qui pro tempore ac opes
impenſis ipſius ſtudio idoneus eius-
dem iudex videretur. Verùm illum
ad quem ſpectat ius mutandi anni
Britannici, nempè Regem noſtrum
inclytum Iacobum (quem Deus con-
ſeruet) haud dubiè intentum nego-
tiis maioris momenti propiúſque at-
tingentibus publicum Patriæ noſtræ

atque vniuersæ Ecclesiæ Christianæ bonum, mihi hoc tempore interpellandi non datur occasio. è doctorum autem virorum numero qui insignem eidem studio operam hodiè nauet aut nauauerit in Britanniâ nostrâ equidem neminem noui: neque vero dubium est perpaucos existere. Quod tamen nec quicquam eius dignitati vel laudi derogat. nam sicut in artibus quæstuariis & mechanicis artificiis licèt latissimè pateant vtilitates agriculturæ pecuariæ mercaturæ vestiariæ architecturæ & cęterarum ad necessarium victum cultũq; propiùs spectantium, id tamen nihil detrahit dignitati artis aurifabrorum ac gemmariorum, quorum vix vnus existit ac ne pluribus quidem opus vel vsus est in regno aut republicâ ad centena millia agricolarum aut aliorum: (neque verò pluribus quàm duobus insignibus eiusmodi artificibus Bezaleele & Aholiabo ad Tabernaculi Diuini fabricam opus habuit respublica

Israëlitarum seculo Mosis inter plus quàm sexcenta millia virorum, sequentibus autem aliquot seculis ne duobus quidem:) perinde in liberalibus facultatibus tametsi latissimè pateant vtilitates Theologię & Iurisprudentię & Medicinę, tamen hoc derogat nihil dignitati illius vtilissimę partis Astronomię de verâ temporum descriptione Anniq; ac Mensium ratione, etiamsi vix aut ne vix quidem singula secula singulos Astronomos, nedum huius partis Astronomię curatores, memoriâ dignos, in toto orbe terrarum, nedum in singulis eius regionibus, vel peperisse vel parturiisse videantur.

Quum igitur mihi occurreret nemo cui opus huiusmodi ratione argumenti illius nuncuparem: inde rationes me ipsum hoc prę sertim tempore spectantes animo repetens, nominem priorem vel potiorem te Generose Eques, (quamuis etiam ipsum in Maximis Comitiis Patrię nostrę hono-

honorato munere modò fungentem vnà cum filio tuo primogenito & ipso Equestris ordinis viro venerabili Domino Gulielmo Copo, quem ité Dignitatis causâ nomino,) mihi interpellandum & appellandum censui. Enimuerò ille promptissimus & alacerrimus ac generosę comitatis pleniſſimus fauor quem ante biennium circa primi libri mei editionem mihi rudiùs certè & inconsiderātiùs quàm par erat te tunc interpellanti prębuisti, reum me huiusmodi debiti tibi peregit. Quod autem princeps amicorum parentum meorum extiteris, eosque summâ comitate ac benignitate prosecutus sis, adeo quidem vt sępiùs & hospitio vtrumque exceperis & eorum hospitio cum generosâ illâ religiosissimâ & moderatissimi animi Dominâ vxore tuâ excipi dignatus fueris, patrem autem honesto munere inter populares suos fungi patrięq; ac principi inseruire quamdiù vires annique sinerent propemodum

dum coegeris: huius tuę erga ipsos comitatis ac de ipsis opinionis agnoscendę atq; prędicandę profecto non potest vnquàm magis idonea suppeditari occasio quàm nunc: quãdo nimirum aduersarius meus (quanquàm ipse non minùs fastidit ac spernit atq; indignatur me sibi aduersarium factum quàm olim Philistæus ille Gigas Hebræum puerum) neq; in causâ suâ neque in contemptu meę ipsius personæ satis præsidij inueniens ipse etiam Parentibus (vt scilicet generosę indolis virum decuit) probrum inferat. cui depellendo, atque eo nomine obstruendo ori Pontificiis qui adhuc inter nos superstites sunt, vt olim Israëlitis Cananæi, in flagellum lateribus ac in spinas oculis nostris quam habet occasione calumniarum nobis struendarum satagentes, tum de illis iudicium fuerit testimonium locupletissimum: tutum, inquam, qui non plebeiis modò sed & generosis in tota vicinià nostrâ pietatis & probitatis exem-

exemplar es. Cuius sanè vtriusque insigne ac memorabile specimen edidisti tum in eligendis ac prouchendis ad curam Ecclesiarum Patronatui tuo subiectarum, tum etiam in defendēdis ac protegendis doctis industriis & fidelibus, nec minore animi mansuetudine & mititiâ & humilitate quàm pietate & constantiâ præditis verbi diuini ministris, etiam ipsis reuerentiæ & gratitudinis causâ mihi hîc nominandis, nempe M. Ioanne Dod, & M. Roberto Cleauer: qui quum semper & mihi & patri meo adeóque toti familiæ paternæ fidelissimi amici ac saluberrimi consiliarii extiterint, nobisque omnibus facillimos & expeditissimos aditus ad generosam tuam comitatem parauerint, atq; adeo nuperrimè hanc meam Defensionem haud grauatè ipsi perlegere aliisque qui in studiis Astronomicis magis versati fuissent perlegendam committere dignati sint: vtique merito iure, æquè meo & paternæ familiæ,

lis, ac illorum atque Ecclesiæ Christi nomine (quod ipsi eiusdem & suo iamdudùm fecerunt patrio sermone editis atque inscriptis tibi aliquibus suorum exercitiorum Theologicorum) huius meæ Defensionis nuncupatione meum gratum erga venerabilem comitatem tuam animum orbi terrarum significandum esse censui.

Neque verò animus est te defendendis vel excusandis imposturis aut erroribus aut vitiis aut conuitiis quorum aduersarius me insimulauit Patronum accersere. quod nisi in scriptis veracitatem & innocẽtiam meam intelligentibus & æquis lectoribus satis testatam fecerit hęc mea Defensio: equidem non recuso quin ipsa cum cæteris proculcetur aut ad spurcos vsus adhibeatur. quod autem ad vitam meam attinet quam ille non minùs illiberalibus & sordidis quàm sibi inexploratis & falsis rumoribus deturpare conatus est; si in vllo locorum quibus eam hucusque egi vllam

gratiam aut iustam suspitionis causam suppeditauerim tanquàm hominis grauiore aliquo vitio laborantis, velut scortatoris aut ebrioli aut contuitiatoris aut calumniatoris aut sycophantoris aut turbarum auctoris, aut plani ac impostoris, aut versipellis in dogmatibus; (quamuis apud diuersorum affectuum atque opinionum homines diuersatus sim, neque alienos ab ea sententia quam ipse solum professus absque ratione vel præter meritum condemnari siuerim quin quæ in eorum defensionem aut excusationem probabiliter dici potuisse existimarem in medium protulerim:) vtique paratus sum subire censuram atque perferre supplicium cuiuscunque horum aut aliorum criminum reus peractus fuero. Verùm per Dei gratiam (etsi iam nunc sentio omnem moueri lapidem à nonnullis vt auctoritas hactenus concilietur Aduersario) ego nihil horum reformido: ac tantum abest vt impactus mihi iste contumeliarum

liarum fascis me ad despondendum animum adigat, vt contrà idem præstet quod colaphus impactus maxillæ eius qui passurus esset animi deliquium, nempe ad eum recolligendum mihi profit: quandoquidem confidam Deum optimum maximum qui me hisce contumeliis immeritò & indignè impetitum esse novit, pro suâ summâ gratiâ ac misericordiâ in Domino Christo eas oportuno tempore maioribus bonis compensaturum. Cui te Eques venerabilis vnà cum venerabili Equite filio tuo ac generosis Dominis vxoribus atque vniuersis familijs vestris commendo. Allectoni 12 die Februarii. *An. Dom.* 160[illegible]

Dignitatis tuæ studiosus

THOMAS LYDIAT

CAPITA DEFENSIONIS.

Quanam debeat esse omnium scriptionum finis, ac materia & forma. pag. 1 — CAP. I.

De priore genere calumniæ qua traducor à Iosepho Scaligero tanquam agens aut simulans prophetam. pag. 7 — CAP. II.

De posteriore calumniæ genere quo ab eodem traducor quasi præternisâ & malitiâ usus in examinandis ipsius scriptis. p. 15 — CAP. III.

De typo anni quem Iosephus Scaliger Samaritanum appellauit: & interpretatione loci apud Q. Curtium de veterum Indorum mensibus. p. 26 — CAP. IIII.

De annis Scaligeranis, Hagarenorum lunari medio inter vagum & embolismicum, vago Indorum, & populari Græcorum: ijsque occasionibus examen capitum 9 & 10, & 7 & 8 primi & prioris partis tertij I. Canonum. p. 43 — CAP. V.

De Scaligeranis cardinibus solaribus in 7 & 8 diebus Octobris, Ianuarij, Aprilis, & Iulij mensium Iulianorum; atque annis veterum Chaldæorum, Hebræorum, Persarum &c. ac recentioribus, Persico Gelaleo Sultani Melic-sha, & Iudaico: ijsque occasionibus examen 5 & 6, & 11, eiusque institutij, & 12 cc. I & prioris partis 3 I. Canonum. p. 60 — CAP. VI.

CAP. VII. De Nabonazaro & Beladane & Belesi, aq
Sardanapalo; ac Semiramide: deq; Sca
ligeranis epochis & dynastijs Mo
Assyriorum, Babylonierũ, & Ægypti
duobus prioribus capitibus secundæ p
sterioris partis tertij l. Canonum.

CAP. VIII. Vindicatio nostræ Formæ anni cum mens
tricenarijs omnibus excepto decimo, ac P
riodi annorum 144 ratione Nonilunierũ
pseudographematibus & calumnijs Iose
Scaligeri: vbi obiter (ut & in sequenti
capitibus) perstringuntur eius Perio
Iuliana, & Formæ Anni Cœlestis, explic
tæ 2, 3, & 4 cc. primi & prioris partis
libri Canonum.

CAP. IX. Vindicatio trium Periodorũ nostrarum
sophi Scaligeri sophismatibus ration
quinoctiorũ & mensuræ anni solaris p

CAP. X. Earundem vindicatio ab alijs eiusdem so
matibus & paralogismis ratione Æ
nocliorum pariter ac Nonilunierũ P

CAP. XI. Excussio nugacium eiusdem velitatio
contra epochas & parapegma tem
unde Periodorum nostrarum initia d
ducta sunt.

CAP. XII. Demonstratio nostra Magnæ Periodi
stantis octodecexentis annis verten
iuxta æstronomorum observationes p

DEFENSIO TRACTATVS DE VARIIS ANNORVM FORMIS.

CAP. I.

ESt illud & verbo Dei proditum & in scholis Prophetarũ & Ecclesiæ eius testatum ideoque extra controuersiã verum, hominem homini præstare tanto quanto magis pio ac syncero animi affectu omnibus prodesse studeat: quod quidem studium, Dilectionis & Charitatis nomine insignitur. Etsi enim eximium Dei donũ est ratio humanæ menti indita, eiusq; excultæ vsu rerum sapientia & prudentia, veteris autem doctrina & eruditio fructus laudatissimi: tamen neque sapientia sine charitate (quâ vnâ virtute continetur vniuersa lex Dei) euehit ad regnum coeleste quæ vera est nobilitas; & quum nihil vili-

us sit homine nequam, doctrina sine virtute illâ tantùm armata est nequitia. Quamobrem ad omnes homines maximè spectat omnia cogitata dicta atque facta referre ad finem aliquem in vitâ humanâ vtilem, ita vt quantum fieri possit omnibus prosint noceant verò nemini. Quinetiam in scriptis quibus animi sensa non solùm præsentibus sed & exteris & posteris communicantur, ad eundem scopum collimare oportet. A quo in his ne aberretur duo præcipuè sunt perpendenda, scilicet argumenti genus & tractandi modus, quæ scriptorum sunt quasi materia & forma.

Genus argumenti quod attinet, non quodcunque scire non nocet id cum vtilitate scribi potest, sed id solum quod interest non ignorari id est cuius cognitio vtilis est per se vel saltem rectà & expedite conducit ad id quod sit vtile. quum enim ex supremi Magistri nostri præcepto abstinendum sit dictis non modò malis quæ nocent sed etiam otiosis siue inanibus quæ tantùm non prosunt: vtique magis abstinendum est otiosis & inanibus scriptis, quia tanto minor est iactura dicti quam scripti quanto plus temporis ac laboris addo etiam sumptus impenditur huic quam illi. Sicut autem in scientiis multa

inanes sunt argutiæ & Dialecticæ & Mathematicæ & Metaphysicæ, ita in historiis non paucæ quæstiones sunt inutiles præsertim Genealogicæ atque etiam Chronologicæ. nam quum ipsarum humanarum actionum & euentorum secundum eas contingentium, quæ sunt historiarum materia, è plurimis pauca habeantur digna quæ literarum monumentis consignétur; neutiquam in his singulis temporum circumstantias anxiè inquirere opus fuerit: sed demonstratâ sacrarum historiarum & prophetiarum veritate chronologicâ contra Atheos iis opponentes historias ethnicas in gentium originibus & antiquitatibus vsque ad seculum manifestati in terris Christi, & ostensis anachronismis eorum qui aduersus verum Numinis cultum ritibus superstitiosis & idololatricis antiquitatem & ex antiquitate auctoritatem acquirere conati sunt; cæteris omissis, satis sit clariorum regnorum & rerumpublicarum epochas & conuersiones ac in iis celebriorum ciuitatum hominumque actus atque casus temporibus suis accommodare, ad illustrandam Diuinam prouidentiam ac dispensationem ex hac parte. His autem præmittenda est vna vtilissima quæstio Astrologica de modo anni naturalis iuxta

quem temporũ partitiones faciendæ summæque colligendæ fuerint: ac ei ad vitandum confusionem & errorum occasiones ex ineptâ collatione annorum diuersi generis adiungendæ aliquot diatribæ de aliis annorum formis, non omnibus sed tantum præcipuis quæ scilicet à præcipuis regnis & rebuspublicis vsurpatæ & à præcipuis auctoribus celebratæ sint; ita vt intactæ prætermittantur obscuræ & incertæ, quas attingere sit nihil aliud quam vel assentientis lectoris æquanimitate & patientia abuti, vel refraganti litium veluti de lana caprinâ nunquam terminandarum ansam præbere.

Iam verò quod attinet ad modum tractandi ea quæ literis digna videantur, cum omnis humana cognitio sit tantùm ex parte & imperfecta in hac vitâ; vt scriptiones aptentur ad charitatis normam & publicam vtilitatem in primis cauendum est iis qui ad scribendum se conferunt ne insolenti propriæ scientiæ opinione proponant dogmata sua tanquam decreta imperatoria quibus nefas sit contradicere, neue generis nobilitate neque nominis celebritate nec eruditionis varietate ad palliandi commenta sua & fidem atque auctoritatem iis conciliandam supra meritum abu-

utantur. deinde autem siquidem opiniones suas aliorum scriptis oppugnari contigerit postquam in communem arenam descenderunt ne fastidiant aut spernant quemcunque aduersarium modò legitimè certantem neue indignentur aut exacerbentur aut stomachentur: sed æquo animo se comparent vel ad concedendum demonstratæ contra se veritati quandoquidem humanum sit errare in errore autem ostenso perseuerare beluinum, vel ad moderatè respondendum dubiis quæ contra hypotheses suas obiecta viderint. Veritatis enim asserendæ atque vindicandæ ius est vnicuique æquè ignobili ac nobili æquè tenui ac locupleti, neque quisquam à iustâ eius defensione prohibendus est: quoniam ipsis ignobilibus & obscuris strata est hæc regia inter alias vna ad veram nobilitatem & illustrem claritatem via. Etenimuerò hic est Lydius lapis, lapis inquam probationis ad cuius examen facilè discernitur quo quis animo accedat ad scribendum, vtrùm boni communis an priuati procurandi ergo, vtrùm incensus studio promouendæ gloriæ diuinæ an suæ magis. nam qui publicâ vtilitate magis quam inani ostẽtatione, qui diuini numinis gloriâ magis quam sui nominis gratiâ excita-

tur ad opus, is non solùm æquo sed & læto & grato animo feret defectus suos ab aliis suppleri & errores ab aliis corrigi: qui autem eo animo affectus est vt quicunque in errores aut defectus scriptorum ipsius inquirere præsumpserit, hunc hostis loco habeat statimque omnibus modis denigrare inque odium & contemptum omnium præcipitare satagat; manifestum est eum quicquid verbo prætendat reipsâ æquè veritatis patrocinium ac publicum bonum atque Dei gloriam suâ vnius existimatione metiri. Neque id solùm, verumetiam haud leue argumentum est eundem virum suæ ipsius causæ diffidere. quum enim non tam veritatem quàm victoriam ob oculos habeat, bonitas causæ suæ facilè hanc suppeditaret absque vituperio personę aduersarii quam propterea vilipendere nequeo pus neque consultum foret quia ipsius vitus augeret victoris gloriam: sed vbi aduersarii causa melior est nec vlla spes prevalendi contra ipsam, quid reliquum habet victoriæ cupidus nisi vt ingenii vires conuertat contra causæ patronum, quocirminibus siue veris siue fictis obruto aut in odium aut contemptum adducto illa infamiâ patroni diffamata destituatur patrocinio ac deserta iaceat? nam quis tantillum

versatus in controuersiis siue philosophicis siue theologicis siue politicis nescit quanto quisque causâ est inferior tanto solere superiorem esse maledictis & conuitiis?

CAP. II.

QVÆ quum ita sint eo æquiùs mihi ferendum censeo quòd edito non ita pridem breui Tractatu de celebrioribus Annorum Formis præcipuè verò de Antiquissimâ & Naturali, quo idem argumentum ab illustrissimo viro Iosepho Scaligero magis doctè & diffusè quàm vtilitèr aut verè explicatum fuisse ostendi: propterea ab eo in Prolegomenis ad Canones chronologiæ isagogicos nuper editos indignissimis modis acceptus sim. Certè quã parùm deceat viros literatos ac proinde quanto minus generis nobilitatem præ se ferentes conuitiis vti, ipse Scaliger testatur statim ferè initio illorum Prolegomenorum vbi non sine querelâ & detestatione scribit in hæc verba. *Apud seculũ prius proterua conuitiorũ seruilitatum seruilitatum contumeliarum nomina in circulis in lustris in canponis nascebantur: hodie sunt literarum non ea tantùm sed noua inaudita infanda prodeunt.* & plura deinceps

in eandem sententiam. an verò iisdem ho-
minibus necne censenda sint ea quibus
deinde post pauca me aggreditur; aut ea
me solum, non item alios quicunque eius
opinionibus refragati sint, siue è Pontifi-
ciorum siue ex Euangelicorum nume-
ro siue Galli siue Germani siue cuiuscu-
cunque fuerint, absque discrimine eius-
demmodi sale perfricuerit; equidem eo-
rum qui ipsius opera vel postrema legi-
rint iudiciis permitto. Verùm ego eius-
modi expectassem à Pontificiis potius
quam ab illustrissimo Scaligero, à Pon-
tificiis inquam qui & acriùs à me repre-
hensi sunt & secundum circulatorem tu-
lium faberrimi habentur artifices. ac sa-
non dubito quin Scaliger ea per manus
Pontificiorum tradita acceperit. Pontifi-
cios autem quum dico, non illos solos in-
telligo qui palàm Romano Pontifici se
manciparunt, sed etiam occultos eorum
fautores inter nos degentes, tanto illis pe-
riculosiores quanto difficiliùs cauentur la-
tentibus hostibus quàm ab apertis. Hi sunt
qui intimos amicos mihi disiunxerunt at-
que ipsos parentes ac fratres disiungere
re conati sunt. hi sunt qui è re sua ac
priuatâ ac publicâ esse censuerunt Simo-
niacæ impietatis Iudaicæ proditionis, ac

que adeo Iudaiſmi Turciſmi Atheiſmi, & quia hæc omnia non erant ſatis diſerta ſignificando ipſorum de me iudicio, vno verbo Diaboliſmi ſuſpitionem mihi impingere. denique horum ſumma iniuria & iniquitas & auaritia & malitia ſuppeditauit Scaligero illud, quid appellem? *contumeliam*, an *ſcurrilitatem*, an *vernilitatem*, an *contumeliam*? an aliquid *proteruius*. iſtis omnibus *nouum inauditum infandum*: quo nec parentibus quidem meis parcens, pariter eorum ac meo probro, me exterminatum extra hominum numerū Orci municipem facere conatur iis verbis: *Quid ſi ne ſimiles quidem parentes cuiuſmodi cæteri homines habet, vt ille Merlinus qui ex demone fatus eſſe dicitur?* & interiectis paucis: *En candidi lectores quibuſcum nobis res eſt, ſiue homines ſine alio nomine vocandi ſunt: quomodo enim appellem neſcio.* Scilicet illa proles Diaboli patris mendacii me ſuæ cognationis haberi cupit.

At tu Ioſephe Scaliger debebas noſſe officii tui intereſſe non modò non huiuſmodi fingere, ſed nec ab aliis ficta admittere. An verò tu iſta & quæ interiicis, *Certè & iſte quoq; vt Merlinus prophetæ eſt & Merlini popularis, & multa cum Merlino commania habet: ideo nō vereor dicere vel Merlini*

tui ridere esse vel Merlinum ipsum: an inquam tu ista in publicum efferres si quicquam tibi proponeres ob oculos præter tuam solius existimationem? Atque vtinam existimationi tuæ melius consuluisses! fatin' enim sanus ego videar si hæc (ne quid dicam acerbius) adeo futilia responsione digneri? nam quo tandem argumento tibi persuaderi passus es & aliis persuasum cupiisti me prophetam esse; aut saltem, siquidem scomma est, ita me tractatum voluisti tanquam prophetam, nimirùm talem qui res præuideat aut earum præuidentiã simulet, qualem ipse inuis? an aliquo petito ex libro meo? ita quidem videatur quia cum *diuinum* & *diuinã* atque adeo diserte *prophetiæ librum* appellas. cur non vno saltem verbo id cuiusmodi esset significasti? An verò censuisti prophetiam esse quod in fine vltimi capitis scripsi,

„ Sperare me similem anni formam illi qui
„ à me descripta esset denuò vsurpatum ni
„ tunc cum formæ annorum Nabonazari
„ Cæsaris Mahometis, & Gregoriani, plane
„ in desuetudinem abiissent? atqui aliud est spes quàm prophetia licet vtraque sit futurorum. ego verò spero etiam tuo anno coelesti formam anni naturalis à me expositam prælatum iri. An potiùs illud tibi

prophetiam

prophetiam ſapere viſum quod ſub epilogi finem duobus menſibus ante detectam quinto die Nouembris Iuliani illam horrendam Pontificiorum noſtratium coniurationem ſubterraneam qualem nulla ætas vel regio viderat aut audierat vnquam, ſcripſi atque edidi, Eos tunc ita elato animo apparuiſſe vt maiora ſe conſecuturos ſperare viderentur &c? at probabile argumentum attuli vnde hoc colligeretur ſcilicet ex eorum inſolentiâ. An denique quod in extremo libri fine poſui, Abolitionem dierum idolis conſecratorum mortiferam plagam idolomaniæ Britannicæ per Dei gratiam tandem illaturam: hoc tibi viſus ſum dicere tanquam prophetam agens aut fimulans? at non aliter dixi quàm, præmiſſis rationibus à contrariâ praxi aduerſariorum & à ſimili circumſtantiâ loci, ſyllogiſticam pariter ac votiuam concluſionem inferens. Neque vllum alium locum ex toto libro meo equidem reminiſci poſſum qui vel minimam prophetiæ ſuſpicionem admittat. itaque quo argumento eum *libri prophetiæ* nomine traducendum cenſueris ipſe videris.

Quod ſi haud aliâ ratione ipſum prophetiæ librum appellaueris quam quod prophetæ eſſet ſcilicet à prophetâ editus: igitur

igitur aliunde suppetit tibi argumentum eius quod tam sæpe & confidenter obiicis me *prophetam* esse idque *generis longè dissimilioris Catharoprophetis* quos in præcedentibus taxaueras. Vndénam? an ita tibi ex Angliâ relatum est? quibus autem auctoribus & quâ verisimilitudine? interest sanè si non illorum fidei at saltem tuæ prudentiæ non modò exploratum apud te habuisse antequam obiiceres sed etiam vel cum obiectione exposuisse quatenus prophetam egissem aut simulassem. *multa (inquis) cum Merlino communia habet.* at quæ lia tandem illa? an prophetica? cur non igitur saltem vnum aliquod è multis protulisti dicti tui confirmandi ergo? vsquadeone auctoritate tuâ abuteris vt quia dicis *iste est propheta & multa cum Merlino communia habet*, ne vno quidem verbulo adducto quod vel Merlinum arguat vel prophetam, propterea orbem terrarum hæc ita credere velis? Quum autem Merlinus quantum de eo me audiuisse memini, (nam pauca equidem de eo legi scriptorum ipsius nihil vnquam vidi) dicatur fuisse Magicarũ artium peritus & ex earum peritiâ futura diuinâsse magis quam prophetâsse, an tu me huiusmodi habes illicò æquum esse censes quia tu ais absque

llâ probatione accuſationis? numerò tibi
n mentem fuiſſe oportuerat illud Iuriſcõ-
ſultorum, Aienti incumbit probatio. quod
ſi accuſare ſit ſatis quis fuerit innocens?
Equidem non memini me pronunciaſſe
de futuro vel ſæpius vel aliter quam quiuis
lius pronunciauerit: & quum ſatis ſit nu-
dam tuam affirmationem meâ negatione
epuliſſe, Sanctè Deum teſtor me omne
genus Diuinationum artiumque Mantica-
um & Magicarum & Dæmoniacarum &
ſuperſtitioſarum & curioſarum, tum A-
ſtrologiam Genethliacam (quod de me
anis *Cor iubet hoc Lydyat poſtquam deſter-
uit eſſe Aſtrologus*) tum Qabaliſticam tum
quodcunque aliud ſyncero & integro ar-
que aperto odio ſemper proſecutum eſſe,
neque vllum earum exercuiſſe: ac neque
Oraculorum, neq; Somniorum vel vatici-
norum vel doctrinalium vt ita loquar
(quod etiam *Ex ſomnorinis imaginibus pe-
riodorum oracula triplicis generis nata* mihi
obiicis) neque Viſionum ſiue Enthuſiaſ-
morum, quæ tria ſunt Prophetiæ propriè
dictæ genera, experientiam habuiſſe aut
præ me tuliſſe vnquam: ſed neque pro-
phetas Broccardicos (ad quos etiam for-
taſſe tu Scaliger Leidæ agens aliquatenus
reſpexiſti dum huiuſmodi mihi obiiceres)

hoc

hoc est allegoricos sacræ scripturæ inter-
pretes transferentes eius prophetias ad a-
lia loca aliaque tempora probare vel in-
tatum esse.

Etsi vero per Dei gratiam horum crimi-
num insons sim atque ita me pronuncie-
tum iri tandem ad opprobrium eorum qu
malitiosè talia mihi impegerint confidam
tamen neque mirum neque nouum vide
debet talia insonti imputari: quandoqu
dem (absit dicto inuidia) supremus Do
minus ac Magister noster longè alienis
mus ab omni specie siue apparentiâ ma
quique ideo venit in mundum vt dissolu
ret ac perderet opera Diaboli, ipse non
fugerit quin Beelzebul princeps Dæmo
niorum diceretur. vtique non est seruus s
pra dominum suum: itaque si dominu
domus vocarunt Beelzebul quanto mag
domesticos eius? quorum quidem vnu
licet omnium indigniſſimum me aliqua
do demùm agnitum iri spero, atque eâ
in mediis hisce calumniis animum meu
sustento. Sed & tuam Iosephe Scaliger
Pontificiorum vanitatem non dubito qu
homines cordati facilè perspexerint, qu
tenus mihi huiusmodi obieceritis: qu
scilicet pluſquam hominem, adeoque d
monem aut saltem dæmoniacis siue mag

cis artibus instructum esse necesse sit, qui aliquid concinnius quam collegium Mathematicorum Pontificiorum aut quam Iosephus Scaliger in Anni naturalis reformatione & cęterorum explicatione, idque ita breui tempore atque ita exiguis ac probè nullis auxiliis extuderit. etenim an non hinc est quod ipsas *Periodos* annorum à me excogitatas appellas *Merlinianas*? & quod *Periodorum oracula* mihi attribuis?

CAP. III.

PRorro autem quo maiori odio & contemptui exponas me & mea, Genixè das operam vt lectori persuadeas me *proterniâ & malitiâ* vsum in examinandis tuis: primùm taxatâ doctrinæ meæ *nouitate & peregrinitate:* (quomodo, si parua licet componere magnis, id est Chronologica Theologicis, olim Atheniensis taxarunt nouitatem & peregrinitatem doctrinæ Pauli Apostoli:) nec non *fiduciâ* meâ ex libri mei inscriptione. *Vnus* inquis) *longè dissimilioris generis exortus est, sed tamen propheta, qui, tantum abest, vt aliena vsurpare velit, quod illi rupices faciũt, vt nihil in eius doctrinâ sit, nisi nouum, inusitatum, inauditum. Non puto simile ingenium extare,*

extare, aut extitisse vnquam, siue doctrinæ
siue vetustatis spectes, quam nemo sine suspi-
legere possit, siue fiduciam, quam, si libere
mus, omnes cum eo comparati fungi sue
hominum mendicabula.— Denique solum se
sapere opere luculentissimo testatur, quod
inscripsit. DE VARIIS ANNORVM FOR-
MIS, ADVERSVS MINVS PROBABI-
LES IOSEPHI SCALIGERI RATIO-
NES, AVCTORE THOMA LYDIAT
Sed vide quæso illustrissime Scaliger quo
modo dum mihi fiduciam obiicis, ipse in
tolerabilem animi tui fastum & arroga
tiam prodas. quid enim? an ideo ego so
lum me sapere testor, ideoque si mihi cre
datur omnes mecum comparati fungi su
& hominum mendicabula, quia scilic
aduersus te scribere aggressus sum? nam
quod ego in mei libri titulo addidi de Cla
uio & collegio Mathematicorum Pontif
ciorum contra quos maior mihi animus
id ipse excludis tanquam nullius momen
si ad arguendam hanc quam mihi obiici
fiduciam: ac merito quidem, quia alioqui
teipsum redarguisses qui prius & plurib
quam ego contra eosdem scripseras. Sed
& ea quæ subiungis satis demonstrant
eo solo nomine tantam fiduciam mihi ob
iicere, quod contra te calamum stringe
ausu

cuius sim. *Titulus*, inquis, (scilicet à te propositus) *est ingentis illecebræ ad legendum, ut verbis Gellianis loquar. Pauci enim sunt, qui de eo Scaligero, quisquis ille est, aut ipse triumphare non optet, aut ab alijs triumphato non magnopere lætetur.* Ita tu tui solius rationem habes, ideoque nihil miri quod dicis; quandoquidem ipse vsque adeo omnem sapientiam tibi vni arroges, vt qui tibi contradixerit, hunc tu solum se sapere ipso facto testari censeas. Etenimuerò qui prætextu sapientiæ & veritatis propagandæ contra ipsam sapientiam ac veritatem ad sui ingenii & doctrinæ ostentationem abutitur: quanto eiusmodi vir fuerit potentior & illustrior, tanto parta de eo victoria vtilior & nobilior. At ego quum in magno tuo opere de Emendatione temporum multa parùm veritati consentanea aut ad vsum commoda, & eò magis periculosa quo magnificentiùs & eruditiùs tractata animaduertissem, deque iis alios ne similiter fraudi vel cruci ipsis essent, Tractatu eiusdem argumenti edito monendos censerem: (haud alio nimirùm animo quàm quo tu ipse profiteris te ostendisse errores Eusebii & Hieronymi antiquissimorum & doctissimorum patrum, Præfatione in illorum Chronica:) hoc in

eius inscriptione quàm mollissimis & ad-
issimis verbis præfato etiam dignitatis
tuæ titulo significandum duxi, appellan
ea tantùm *opiniones minùs probabiles.*
Tu verò, vt non modò nimiæ fiduciæ sed
etiam *protervitatis* me insimules, illam ap-
pellationem cuius tanta est æquitas & mo-
deratio vt nec ipse quamuis nodum in scir-
po quærens vertere ipsam vitio queas; s
scitâ aliundè glossâ siue interpretatione
corrumpere studes. ita enim pergis. *Qu
autem per* MINVS PROBABILES *intel
gat, id Latinè in progressu libri explicat, non
pè* INEPTAS. *Qua interpretatio tanto di
gantior est, quanto ingeniosius est singula
verbo, quam pluribus, animi sui sententia
exponere. Homo enim ingenuus & genuri
fiducia infra dignitatem propheticam esse e
istimauit verbum dissimulare, quo ratio
nostras dignas esse censuit. quo nomine ma
nam à me iniuit gratiam.* Itaque tu gratu
ris (εν προσωπειον en fuccum loliginis; pr
dentiùs sanè hoc dissimulasses:) quod e
non in titulo tamen in progressu libri n
reperisse te existimes vnde iusta tibi de
occasio traducendi mei: ideoque non co
tentus semel obiecisse, ter vel quater id
repetis, idque diuersis characteribus q
facilius in omnium oculos incurreret,

dolet, id est ineptas. Atqui eo nomine magnam mihi facis iniuriam. tantum enim abest vt ego vspiam rationes tuas in genere aut indefinitè appellauerim ineptas, vt vix ter per totum librum, nec nisi demùm post medium ipsius, ad censuram earum particularem & in specie, id vocabuli adhibuerim. Neque verò vspiam in meo libro inuenire possum quæ tu odiosissimè & calumniosissimè mihi obiicis, scilicet *quemodo nihil boni in nostro opere extare, sed ineptias omnia esse disseruè & sine ambage testeturque omnia commenticia, omnia à nobis ficta, omnia falsa, idque, vt eius verbis vtar,* (vbi autem exanclibus quod etiam hæc diuersis characteribus insignis iterumque mox recitas?) nullane pudor *deprehendi posse, SI QVIS HOCCE IN LECTIONE IDCIRCO OPERIS PERDERE VELIT. Circumlocutione non vtitur. Alia eadem aliis. Ista decent generosos homines, &, quod caput est, prophetæ loqui.* similiterque postea, *omnia nos finxisse, commenta esse tantum.* Sed neque illud agnosco meum, quod iisdem characteribus alibi ingeminas, *Non ferendum igitur, si nostra imperitia à doctissimo illo ingenio hæc expressa, SIBI SCALIGERAS RATIONES NVNQVAM PLACVISSE.* &, *Hinc illæ:* NVNQVAM SCALIGE-

LIGERANAE RATIONES MIHI PLACVERVNT. FREQVENTES CONTROVERSIAE INCIDERVNT MIHI CVM SCALIGERO. hoc quidem posterius ferè ita dixi semel, non toties quoties à te repetitur. Nuncubi autem Profanum ego te appellaui quod tam inuidiosâ itidemque crebrò repetitâ comparatione mihi scilicet prophetæ te prophanum opponis? quod ita sæpè & fastidiosè inculcas illa, *Quamquam prophani sumus, nos prophanos, nobis prophanis, prophanorum æquinoctium*, &c? adeóne indignè ferendum tibi erat quod semel dixi te secutum esse Ethnicam opinionem de rudibus initiis scientiæ Astronomicæ? At nihil miri si is proteruè te acceperit, qui, vt insuper scribis, *sese pacem cum Aristotele composuerit. Audio enim* (inquis) *eum quedam aduersus Philosophum scripsisse, eâdemq; felicitate Aristotelis scripta confutasse quâ nostra.* Sanè vtinam non minore. quasi verò non æquè licuerit mihi nixo auctoritate non modò Sacræ Scripturæ sed etiam aliarum omnium sectarum Philosophorum oppugnare vnam opinionem Aristotelicam, ac tibi tuâ solius auctoritate toties abuti contra doctissimum grauissimumque Philosophum pariter atque Historicum Plutarchum.

Ceterum

Cæterum non erat satis tantæ proteruiæ me reum à te peragi, nisi etiam meam *emulationem κακοηθείας succum loliginis persequeris*, vtpote qui non modò *nihil à te feliciter inuestigatum intactum reliquerim in quo vestigia κακοηθείας non impresserim*, ac (præmalimà scilicet) *destitutus sensu communi nihil improbem nisi quod præstantissimum*: sed etiam *ore tuo sæpe loquēs, calamo tuo sæpe scribens multa ex opere tuo totidem verbis deprompta dissimulauerim ac mea fecerim*. Certè quod ad propria cuiusque artis vocabula ac phrases attinet, vbi duo idem argumentum tractant fieri non potest quin posterior aliqua cum priore communia habeat nisi aut ille nimis impropriè omnia dixerit aut hic nimis fastidiosus sit. quod verò spectat ad res ipsas, necesse est admodum pauca esse quæ ego à te mutuatus aut furatus sim siquidem propè verum sit quod tute initio mihi obiecceras *nihil in meâ doctrinâ esse nisi nouum inusitatum inauditum*. Interim equidem fateor me profecisse legendo tua quantum fortasse nemo alius profecit aut proficiet vnquam. Reciprocissim verò vt tu etiam proficias legendo mea tibi consulo ac Deum precor. Sed quoniam huc me adigis; vtrum opus tuum de Emendatione temporum studiis meis

magis profuerit an obfuerit, vtrum maiori adiumento an impedimento iis extiterit, ita me Deus amet non habeo dicere: quis scilicet eo contenta deprehendi maiori ex parte parum vera aut vtilia, in quorum examinationem multum temporis ac laborum atque etiam vigiliarum (neque enim negandum est illud quod scribis, *Illi libri de Emendatione temporum non sinerunt eum somnos capere*) impendi; quorum meritò me pœniteret, nisi sperarem è diuturnis nostris laboribus ac vigiliis alios similium molestiis & errorum cassibus liberatum iri.

Itaque nimis profectò iniquè tu mea opinionum tuarum reprehensiones, non vt tuas Eusebii & Hieronymi, ad publicam vtilitatem, sed tantùm in tuam contumeliam editas interpretaris; idcoque eas non proteruiæ modò sed etiam malitiæ insimulas, vt tanquam iure merito confles mihi odium pariter ac contemptum: quem in modum facis, vilissimæ & turpissimæ cuipiam rei me assimilans, *Cani, Simio, Scaniolo, Cercopitheco, Scarabæo, Muscæ, Culici, Pediculo*; neque his contentus *Portentum* & *Monstrum* identidem appellans: quæ hæc non sint *conuitia* aut *scurrilitates* aut *vernilitates* aut *contumeliæ* quæ

uenes capones potiùs deceant quàm literatum ac nobilem Scaligerum. enimuerò tu quis interim dum ita fastuosè ac fastidiosè fratereulum tuum despectas? Ponticus es? ne suffla. Verùm quod scribis, *Nulli vnquam regioni nulli regno contigisse scio quod Angliæ vt tale portentum pareret*, & quod me agnominas *monstrum Anglicanum*: quum monstra parere & alere cedat potiùs in vituperium quam laudem cuiuscunque regionis, ego non tam in meam quàm in patriæ meæ defensionem hoc tibi dico Iosephe Scaliger, per Dei gratiam homo sum non monstrũ hominis. quod siqui è Pontificiorũ asseclis inter nos degentibus etiam ita me tibi trans mare vsque traducendum curarunt, eos ascribe sodes gregi immundarum auium quæ nidum suum inquinant. vtrùm autem Angliam aut Britanniam pudere vel pœnitere debeat editi atque alti talis portenti siue monstri quale tibi habeor propter Tractatum de variis annorum formis, orbis terrarum iudicet inter te & ipsam. Porro autem quod in comparationibus *canis* & *simij* præcipuè tibi applaudis, à te ipsone demum hæc scripsisti an item alii tibi dixerunt de me: quandoquidem illud lepidum scilicet *Epigrammation* cuius vti scribis *omnia Tho-*

ma Lydyat conueniunt (voluisti haud dubiè sed non potuisti rectè dicere *conueniũt*) acceptum referas *nescis cui Genio* ut illi qui talia tibi genuerunt nihil aliud ex ipsis lucraturi sunt nisi ignominiam. neque erit quod tu de eorum suggestione, ad famam rectam tuendam doctrinæ tuæ famam ac fulciendam labantem causam, vel illis gratiam habeas vel tibi gratuleris. enimuero plurimæ tuæ minùs probabiles opiniones ansam dederunt plurimis meis reprehensionibus, quarum multas generatim tantùm significaui quod lectoris commodo videretur satis, quia profecto piguit me puduitque toties vocare te ad partes: tantum abest vt (quod tu spurcissimo ac verè cynico conuitio mihi impingis) *Vbicunq; in scriptis tuis puram aream conspexi, eam, quemadmodum canes, elegerim, vt ibi facerem oletum*; aut in iis sigillatim allatrandis *importunâ impudentiâ* vsus sim, propter quam scilicet non eram tibi *negligendus*, quia *molestus* fui, etsi alioquin *abortiuus chartarum conscribellator & ardelio* propter *prodigiosam insciti am contemnendus essem, quia nocere* non potui. Quinimo tu, Iosephe Scaliger, si quidem probaueris me vllam ex omnibus tuis opinionibus immeritò vel caninâ rabie & impudentiâ adlatrâsse

atrâsse vel mimicâ siue simicâ mordaci
(neque enim ex communi genere simio-
rum tibi habeor sed *mordacissimum*) petulan-
tiâ insectâsse, vel quamuis leuiter siue cau-
sa reprehendisse: tunc quidem ipse saltem
aliquam causam habuisse videaris cur me
eiusmodi conuitiis incesseres: sin autem;
vide quæso ne quemadmodum *Aiax ille*
ius Lorarius insaniam suam propter ab-
udicatum à se Achillis clypeum omnibus
manifestam fecit dum arietem pro Vlisse
flagellauerit, ita tu haud paruum mentis
parum sanæ signum ostenderis dum pro
Lydyato *Canis* aut *simij nates* flagris acce-
deris: quasi scilicet non ferens ignominiam
quod, veluti ipse cauillaris, *tanquam Amy-*
us cum isto Castore (nescio an & fabulæ
conuenientius & famæ tuæ consultius dix-
isses cum illo Polluce) commissus infelici-
er pugnaris; aut quod abiudicato abs te
honore restaurati Anni cœlestis siue natu-
alis, tanquam clypei Astronomici, demit-
endus sis, sicut ipse itidem sarcastice in
me ludis,

Ense lewis undo parmâque inglorius albâ.

CAP.

Cap. IIII.

DEinceps igitur particulare examen nobis faciendum est eorum exemplorum quorum inductione insignem illam *proteruiam & malitiam atque insciti am nostram* colligis. quoniam autem cupimus desinere in explicationem periodorum nostrarum à quibus tu exorsus es, retrogradum ordinem instituemus, ac primo loco examinabimus illud de anno *Samaritanorum* sub finem 11 cap. libri nostri, quod ipse postremo obiicis his verbis. *Quæ de industriâ nostrâ & scriptis sententia eius sit, satis toto prophetiæ suæ libro testatum reliquit. De fide autem quid sentiat, ex istis iudicari potest. Verum negat quod diximus à Samaritis Garizin montis inculi typũ anni ad Samaritas Ægyptienses quotannis mitti. Postquàm de fide nostrâ tam præclaram sententiam tulit, luculentum eruditionis suæ testimonium adiecit, non verum deierare eum typum quem Samaritæ Ægyptienses mihi miserunt, ad annũ Christi 1577 pertinere, non vt nos mentiti summi ad annum* 1584. & post pauca: *At iste Merimnus, vt captum alienum ex suo ita fidem ex suâ æstimans, postquam nobis deliria & com-*

menta

mentia obiecit, non veretur etiam de perfidiâ deierare. Hæc sunt verba tua. At ego sicut non memini me vnquam obiecisse tibi *dementias*: ita nec vspiã in toto meo libro *industriam* tuam, neque istic *fidem* culpaui. ego enim satis habui scribere te mirum in modum deceptum esse: ac ne mendacium quidem protulisse nedum *mentitum* esse dixi, minimè verò omnium de *perfidiâ* tuâ *deieraui*. neque ego *verum negaui* quod dixisti à Samaritis Garizin ad Ægyptiensis anni typum quotannis mitti, sed eius rei fidem penes te ipsum in medio reliqui. nec denique typum anni missum ad te ex Ægypto ad annum Domini Dionysianum 1576 pertinere *deieraui*, sed planè ita mihi compertum esse argumentis duobus simpliciter affirmaui. En simiũ illum mordentem: en latrantem canem! vtinam verò illiqui me tibi ita traducendum propinarunt, (nam vel hinc manifestè apparet neutiquàm ex libro meo eiusmodi conuitiorum occasiones tibi suppeditatas esse,) vbi hæc legerint, perpendant secum an non planè similibus argumentis ipsa finxerint ac tu eadem probare conatus sis. viderint modò vt paria fuerint testimonia sua quibus scilicet maledicos nos ac turbarum auctores haberi voluerint.

Cum

Cum igitur tantum ab eo absuerim vt de tuâ perfidia deierarim aut te mentitum esse dixerim aut fidem tuam vllâtenus in quæstionem vocarim: superest videndum an iure affirmarim te mirum in modum fuisse deceptum. Dixi mihi compertum esse *typum anni Samaritani* abs te propositum pertinere non vt ipse putauisti ad annum Domini 1584, sed ad annum 1576, duobus argumentis; priore ex situ ipsorum nouiluniorum in typo signatorum nominibus Mahometanis initio facto à Dhilhagia siue Elhagia Hegiræ 983, qui eo anno incidit in secundum diem Martii siue Adar Romani, tertio die à medio nouilunio astronomico (cuius character Iudaicus erat 4 d. 15 h. 747 m.) septimanæ sexto, omnino iuxta typum: ita vt ille mensis Mahometanus, cuius nouilunium haud aliàs intra triginta annos ante vel post contigerit circa initium Martii, eo anno totus conuenerit eidem mensi Romano; ac proinde proximè sequens Muharam primus Hegiræ 984 fere totus Aprili siue Nisan, Saphar item ferè totus Maio siue Iiar, & sic cæteri deinceps vt in typo exhibētur: qui omnes, anno 1584, integro anni quadrante illos situs anticiparunt, ita vt Muharam inierit quarto die Ianuarii, &c. Alterum argumentum

gumentum noſtrum petitum eſt à diebus ſeptimanæ quibus conuenerunt initia mẽſium Romanorum eodem anno, qui vnà cum numero dierum vniuſcuiuſq; Romani menſis incorrupti extant ferè per totum typum. etenim anno Domini 1576, neuriquam verò 1584, Adar Romanus ſiue Martius dierum 31 incepit 5 die ſeptimanæ, iuxta typum: Niſan ſiue Aprilis dierum 30, 1 die: Iiar ſiue Maius dierum 31, 3 die iuxta eundem typum à te iterum expoſitum in computo Samaritarum, 71. cum mendum ſit 2 l. porro Haziran ſiue Iunius dierum 30, 6 die: & cæteri deinceps itidem omnino iuxta typum.

His verò duobus argumentis noſtris tu opponis duo quædam pronunciata tua, alterum quo dicis *Adar ſolarem Hipparchum Samaritarum* numero dierum conuenientem Martio Iuliano hodie inire ex a.d. 4 Kal. Martias, ita vt illius dies quintus conueniat ſecundo huius: alterum quo aſſeris anno Domini 1584 *neomeniam Iudaïcam* (ſcilicet aſtronomicam non ciuilem vno die poſteriorem) conueniſſe eidem diei Martii (vt & ſeptimanæ) ſecundo, Adar autem ſolaris Samaritarum quinto, *lunaris verò menſis* eorundem appellati *Dulhagiathi* primo aut proximè præce-

denti

denti primum. Quæ quidem alicuius momenti essent si vel tantillum huius argumenti attulisses quo confirmares eiusmodi annum, aut solarem Hipparchum (quomodo eum vocare iam demum a Canonibus tibi in mentem venit) aut lunarem, Samaritis vnquam in vsu fuisse præter vnicum illum typum cuius interpretatio vocatur in quæstionem. quod enim scribis, *Quis paulò peritior ex vetustis non adoraret esse illum annum, Christi Dionysiano* 1584 *conuenisse?* hoc scilicet haberet nonnihil ponderis si non tu ipse quodammodo fatereris te illum annitypum neque rectè legisse nec rectè interpretatum esse, neque rationem computi nouilunierum illius à te expositam intellexisse; atque idem res ipsa apertè testatur. quod nimirùm inde accidisse videtur quia etsi primus eius versiculus (vt fieri solet) siue primi nouilunii calculus, atque nomina mensium ad margines posita explicatiùs scripta essent, è quibus tanquam ex vnguibus nos leonem coniecimus; sequentia & interiora exarata sint syllabis & dictionibus abbreuiatis, & vt tuis verbis vtar literis pene inexplicabilibus ita vt diuinandum planè fuerit, atque ipse verearis ne in quibusdam hariolatus sis.

nec de eiusdē anni genere ferè quicquam liquidò aut clarè pronunciare ausus es: sed quot locis mentionem de eo infers (infers autem præcipuè libris 2 & 4 & 7 de Emendatione temporum, atque etiam in Canonibus, priore parte 3 L ad 5 & 9 cc.) toties dissentanea & propè pugnantia de eo loqueris. nam quum ex appellationibus mensium & periodo annorum 210 collegisses eum esse propaginem veteris periodi Hagarenorum (vt appellas) 228 annorum mediorum inter vagos & embolismicos, quasi Samaritani huiusmodi periodo aut vtantur hactenus aut sane vsi sint aliquando: nec de eorum epochâ tibi constas, quam modò petendam augurāris ab epochâ Nabonazari vt libro quinto, modò à Sanballato qui templum construxerit in monte Garizin, modò ab anno cōfusionis aut primo editionis Iulianæ, modò quasi ab epochâ Indictionum Constantinianarum, ac denique in Canonibus ab 191 anno epochæ Antiochenorum, (à quâ denuò deducis antiquissimam periodum Hagarenorum, ab anno primo Seleucidarum anteà deductam, quam & Damascenorum iam appellas,) nimirùm tanquam ab epochâ Rab Addæ Iudæi aut Hillelis; in quibus etiam ipsis non minus fluctuas:

neque

neque constas tibi de eiusdem anni solaris
modo, quem quum prius fecisses Iulia-
num, in Canonibus Hipparcheum fecis-
eundem scilicet ac Iudæorum, eosque
eodem Rabbi Addâ Iudæo auctore; sic
antea in Computo & Iudæorum & Sama-
ritanorum scripsisses, inter Iudæos & Sa-
maritas, iam à bis mille quadringentis a
nis & amplius, nullum commercium i
tercessisse. sed nec initium eiusdem a
solaris vtrum ab Elul Syroromano, a
Thoth Ægyptiorum Actiaco magis, an
Adar siue Martio, triduo anticipato, p
tendum sit; neque cur mensis Ipsius po
us ad Iulianorum quam ad Actiacor
aut Hipparcheorum modum vsurpari
explicas: & quum Adar primum solare
mensem vernum pronuncies cuius men
lunaris semper appelletur Dulhagiu
sicut sequens Muharam, incidens in sol
rem (eundemque scilicet paschalem) N
san, quod neutiquam conuenit anno
nari medio inter vagum & embolism
cum; nihilominus dubitas vtrum Dulh
giathi an potius Muharam primus Sam
ritarum mensis lunaris habendus sit. d
nique, quot enunciata tot propè antilog
as, certe tot aporias de eiusmodi a
proponis. Ac tu quidem pluribus ver

te excusas quod ita dubia ac incerta proposueris: interim verò non contentus proposuisse semel, sæpius repetis: (nunquid vt exoticis literarum characteribus librum tuum depingendi ad pascendos oculos hominum otiosorũ esset occasio?) ac postquam lectorem tuum coniecceris in labyrinthum dubiorum in quorum perquisitione operam & tempus perdat, serò demum in Canonibus ita concludis: *Sed quia nihil certius nobis constat de hoc Samaritarum anno, malo equidem tacere quàm hariolando ludibrium debere*, multò certe prudentius ac melius feciſſes (nam quid tandem fuerit *ardelionem* esse, quod tu mihi obijcis modò hoc non sit?) si iuxta Catonianum illud quod etiam ipse in Prolegomenis, postquam me (vti loqueris) absolueris, vsurpas contra Clauium; eiusmodi culpam effugere quam excusare, & ab incertis & ignorabilibus te & lectorem tuũ abstinere quam ludibrium deprecari maluisses.

At inquis, *Quum Kairenses Samaritæ ad nos illum typum miserunt, nondum sex menses illius anni præterierant, & Italo qui ad nos transmisit, dixerunt, cuius anni typum illi dederant, eum esse qui tunc curreret anno Christi* 1584. *Itali illius boni viri chirogra-*

phum adhuc penes nos est. At iste Mahu-
metus &c. At inquam ego, ex iis quæ modo
& in Tractatu meo exposui euidenter ap-
paret & Italum illum bonum virum amī-
cum tuum atq; teipsum omnino decepto
esse vetere & obsoleto Almanachio col-
lationis mensium Mahometanorum cum
Iulianis quod confectū sit ad annum oc-
tauum elapsum antequam vos ipsum acce-
peratis. quomodo autem decipi potue-
tis, tuis itidem ipsius verbis exponam, qu
meis fortasse nōdum esses crediturus: in
scilicet Italo *persuasit vafer quidam* Sa
ritanus *homini Christiano illudens*, vt tu
Annotationibus ad Prologum Hieronym
arbitraris *Eusebio Iudæum de elementor
Hebraïcorum significationibus & syn
vel vt ipse etiam scribis posteriore pa
tertii libri Canonum ad 2 c. de *Hero
historico Græco Ægyptiorum antiqu
ex eorum sacerdotibus percontato, s
imperiti fuerunt illi quos interrogabat* Ital
*siue homini peregrino prudentes impos
siue interpretis vitio hoc accidit qui aut
luserit aut eum* Italus *assecutus non si*
lim verò vltimum adiicere propter tui
lius Itali commendationem, nempe, s
ipse vitio Italorum (velut Herodotus
corum vt tibi videtur) *vsus est quibu*

fuerit veris falsa immiscere. eo autem credibilius est vobis impositum fuisse à Samaritis, quoniam (vti ipse quoque de iis scribis) *illa arrogans superstitio etiam hodie in Samaritis remansit vt aduenas colloquio sui arceant, quod omnes profanos existiment, dicentes appropinquantibus* (id quod iamdudum in prouerbium de ipsis abierit) *Ne attingas.*

Quod si ne his quidem persuaderi queas vt credas te fuisse deceptum, ac typum illum pertinere ad annum 1576 potius quã 1584: equidem illustrissime Scaliger, si res tanti fit, nõ inuitus itineris bene longi incommodum ac discrimen subirem vt teipsum inuiserem ac eiusmodi scriptum coràm inspicerem eiusque lectioni & interpretationi vnà tecum incumberem: præsertim quum significes te nimio teneri desiderio videndi mei. ita enim de me scribis: *Sanè vtro contrà earum non haberem hominem videre, siquidem tanto honore dignus sim.* ego ero libenter honori tuo hactenus inseruiem. quod autẽ addis, *Nam qui tali ingenio præditus sit cuius simile nullo hodie vspiam exstare puto, eius vultum à cæterorum mortalium figurâ multum discrepare necesse est:* vtcunque tu ingenium meum ex scriptis æstimaueris, vultum certè (nuper me in

ſpeculo vidi) per Dei gratiam, ſicet non formoſum, humanum tamen agnoſco. Vnum modò me male habet, quod ſi tantum itineris ſuſcepero ad perdiſcendas literas Samaritanorum, vereor ne noſtri ſmiorum & canum flagellatores hâc arreptâ occaſione traducendi mei mox omni aſſeueratione declamaturi ſint me iam procul dubio Samaritanum eſſe ac Dæmonium habere. neque verò de nihilo eſt quod hoc vereor, quippe qui iamdudùm occaſionibus haud diſſimilibus eos & Iudaiſmi & Turciſmi ſuſpiciones mihi intentaſſe ſenſerim. Deus bone, quid ego iſtis facerem? an ridere cum Democrito, an flerem cum Heraclito? certè ſi verum fatendum eſt, vtrumque feci ſæpè & abundè. at quia ſi nimis petulanti ſplene cachinno, profectò puto me riſiſſe magis: annon enim ridendi erant? ſed parùm conſultum eſſet nimis irritare beluam iſtam multorum capitum. Siquis igitur me hac in parte ſecurum præſtiterit, quod tu de perquirendis peregrinatione Samaritanorum libris ſcribis in

» notis ad eorum computum, Sanè Chriſtia-
» næ pietatis homines paulò hac in re negli-
» gentiores hâctenus fuerunt, ex cuius re-
» cognitione vberrimi fructus in ſacram hi-
» ſtoriam redundarent: equidem perlibe-

ter non modò ad te vsque, sed etiam longiùs discurrerem cognoscendarum literarum, non tam Samaritanarum quod voto tuo satisfaceret, quàm Hebræarum, atque Astronomiæ, ac præsertim Historiæ, in quibus studiis hactenus versatus sum; ne dicam, quod mei simiomagistes rhoncho exceperi sint, Theologiæ promouendæ ergo.

Hinc proximè examinandus venit locus ille Q. Curtii libro 8 de *veterum Indorum mensibus*, quo de tu proximè sequente capite libri 2 de Emendatione temporum, & ego paulò superiùs eodem 1 capite Tractatus mei. *In loco Q. Curtij*, inquis, *de anno Indorum ostendit nos Latinè nescire. verba Q. Curtij:* MENSES IN QVINOSDENOS DESCRIPSERVNT DIES. ANNI PLENA SPATIA SERVANTVR. LVNAE CVRSV NOTANT TEMPORA, NON VT PLERIQVE, CVM ORBEM SIDVS IMPLEVIT, SED CVM SE CVRVARE COEPIT IN CORNVA: ET ICCIRCO BREVIORES HABENT MENSES QVI SPATIVM ANNORVM AD HVNC LVNAE MOTVM DIRIGVNT. Deinde autem ais: *Quinis aut senis diebus, inquit, Indi describunt menses anni, non vtique à plenilunio quamuis quin-*

tusdecimus dies Lunæ sit plenilunium. — A prophetica censura negat nos intelleximentem Curtij, quod ORBEM IMPLETVM interpretemur plenilunium, & posteaEt ORBEM, & COMPLERE dicunt coni scriptores, quum de circuitu planetarumloquuntur: sed cum delectu, ORBEM CONFICERE, CIRCVITVM PERAGERE. Cicero: SOL ANNVOS CVRSVS CONFICIT, LVSTRATIONEM MINSTRVO SPATIO LVNA COMPLET. At ORBEM IMPLET nusquam eridoneum auctorem reperias, vbi de circuierrantium agitur. Implentur vacua, cumplentur imperfecta. Itaque propheta meitùm fefellit Latinitas sua. ac denique, qsuâ Latini sermonis ignorantiâ nostram prbare conatur. Ego verò doctissime Scaliger neque conatus sum ostendere te Latinè nescire, neque tuam Latini sermonis ignorantiam, sed potiùs nimiam ac superstitiosam obseruantiam (quam modò magis testatam fecisti corrasâ exemplorumGrammaticorum farragine nulli usui) perstrinxi: vocatâ in quæstionem verborum Curtii non Latinitate aut facundiaCriticorum placitis diiudicandâ, sed eorumtium interpretatione & sententiâ è serie & contextu orationis eius eliciendâ: quam

ànè primo statim inspectu appareat non
uisse illam vt existimaret *pleroſque* popu-
os mẽsium suorum initia feciſſe à pleniluꝝ-
io. itaque scripsi me mirari te virum "
loctissimum haud percepisse sententiam "
Q. Curtii: quum interim ipse non obscurè
onceſſerim eum minùs propriè locutum
sse, vtpote referens eum neutiquam diſer-
is verbis dixisse, sed tantùm innuisse & "
ignificasse: innuisse scilicet integrum lu- "
æ circulum siue mensem confectum, "
uandoquidem magis proprie dixisset *or-*
em compleuerit, quam *impleuerit*, fortasse
erò non Curtii sed librarii incuria hoc pro
lo posuerit: significasse autem Indos ex "
mplice mense lunari integro feciſſe du- "
licem quinûm denûm dierum, alterum "
unæ propè vacuæ lumine à septimo ferè
ié ante interlunium quo seneſcens inci-
it se curuare in cornua vsque ad recupe-
atum dimidium lumen, alterum ferè ple-
æ à die octauo post coniunctionem ad
iceſimum secundum.

Cæterùm quod ego scripsi de *mense*
enfecto qui est integer lunæ circulus ſy-
odicus & simpliciter *mensis* dicitur κατ'-
ξοχὴν: tu illud quoque deprauare conatus
s, quasi intellexerim lunæ circulum pe-
iodicum siue περίοδον id est peragratio-

nem zodiaci, néque dignoscerem lunæ reditum ad solem à reditu ipsius ad eundem locum zodiaci: nimirum vt *prodigiosa inscitiæ* me argueres. nam ita scribis ac si affirmassem apud Curtium *orbem impletum significare integrum lunæ circulum*, id est *quando luna totum zodiaci circulum peragrauerit*: & posteà, *Quod si apud Curtium orbis est zodiacus* [illegible] *propheticum acumen sciscit, ergo in 15 diebus quibus menses suos describunt Indi, non in 30, luna totum zodiacum peragrauerit.* vbi miro tuo acumine scilicet acumen nostrum tanquam clauum clauo repellis, posito non modò antecedente falso, sed & consequente ita inepto vt equidem adeo irrationalem logicum commiserationis quàm responsione digniorem existimem, qui non intelligere videatur neque quod dicit neque id de quo asseuerat. nam fingas licet me censuisse orbem eo loco significare Zodiacum circulum: consequens esset, *ergo in 15 diebus quibus menses suos breuiores describunt Indi, luna dimidium atque in 30 quibus plerique, totum Zodiacum peragrauerit.* at nimirùm *nauseas & stomachus* mentem tibi expectorauerant, ex quibus serò tandem in sequentibus scribis, *Sed nauseam & stomachum melius mi continere.*

contuere. sed enim melius fuisset continuisse anteaquam illa scripsisses, atque Curtio eam sententiam ascripsisses quasi voluisset (*pleroſque* non tantùm) *quoſdam ordiri menſes à plenilunio*, potius quàm menstruo orbe aut circulo siue spatio completo. Quanquam neque illud quod subiicis recte mones *Curtium errare qui corniculatam lunam pro dimidiatâ accipiat*: etsi tantùm ex meis profeciſti vt rectiùs istûc de dimidiatâ quàm in libris de Emendatione temporum de nouâ lunâ eum locutum intellexeris. neque enim corniculatam dicit Curtius, sed, *quum ſe curuare cœpit in cornua*, elliptică alioquin oratione vsus quasi ita supplendâ, *& poſtquàm renouata deſyt.* incipit verò se curuare in cornua simul ac ad dimidiatam redacta sit, licet non planè corniculata euadat nisi quarto demum die ante interlunium.

Denique nullo iure litem Curtio intendis quasi qui fauere videatur nostris scilicet *prophetičis menſibus continuis tricenûm dierum*, (*qui quum ſint æquabiles*, vt dicis, *non ſemper medium lunæ motum aſſequũntur*, quatenus verò assequantur in Tractatu meo satis explicatum est,) dum mensibus Indorum dimidiatis ascribit absolutè dies quinosdenos: quandoquidem appareat illum

illum locutum esse de eo quod plerumque & communiter fieret præterita mentione eius quod vsueniret rariùs & quasi irregulariter, siue excrescentes dies omitterentur omnes simul vno anni loco siue sigillatim diuersis: ideoque ego non sum coactus ipsum trahere illatenus in meas partes. nam etiamsi dies abundantes lunaribus rationibus sigillatim adimerentur mensibus eiusmodi dimidiatis euestigio accenati forent, neutiquam tamen alternis essent dierum 15 & 14 vt tu innuis: (verba tua sunt, *à iugo ad iugum, à plenilunio ad plenilunium, à dimidiatâ ad dimidiatam non semper sunt 15 dies, sed alternis 15.14:*) verùm pro vno mense dimidiato dierum 14 semper tres sæpe autem quatuor continuæ dierum 15 vsurpandi essent. Quod igitur in fine demùm tanquam partâ victoriâ triumphum canens adiicis, *Hic locus Cani acumen propheticum fugit, quod ex suâ Latini sermonis ignorantiâ nostram probare conatur:* vtrius acumen magis fugerit, meum an tuum, æquus lector iudicet.

Cal

CAP. V.

DEinde verò post insertum conuitiorum fascem tanquam amœbæum carmen confutationis tuæ quo magis quàm argumentis me oppressum iri confisus videris, indignabundus erumpis in hæc verba. *De anno Græcorum populari non persuasi, cuius rei inuestigationem audeo sine vllâ arrogantiâ dicere tanti esse, vt sola hæc totum opus nostrum commendare possit. De anno Iudæorum lunari, fabule. imò quo præstantior ea animaduersio est, & præter eius expectationem, eò ioculatior ei visa. Anni Persici menses &c. De anno Hagareno non melius, quàm Belesi Chaldæo, iudicare potest.* Tum rursus conuitia: *Vbiq; sinium nostrum, sed mordentem, profitetur &c.* Quibus omissis, *de annis Hagarenorum & Iudæorum* tanquam appendicibus superiorum disputationum & eodem 11 capite à me perstrictis iam proximè respondebo.

Quod igitur scribis me non melius iudicare posse de *anno Hagareno* quàm de Belesi Chaldæo, de Belesi quàm benè iudicauerim, infrà declarabitur suo loco: de anno autem tuo Hagareno Calippico medio

dio inter vagum & emboliſmicum, cum
menſibus, non intercalaribus, ſed vt vbi
placet appellare deſultoribus, quid iudi-
carem aliud quam quod iudicaui, cum ſci-
licet eſſe nihil aliud quam collationē men-
ſium lunarium retrogradorum Mahome-
tanorum cum ſolaribus fixis Iulianis: qui-
doquidem nec veſtigium vllius argumen-
vſpiàm inuenire potuerim quo probare-
ris eiuſmodi annum aut Hagarenis aut v-
li alii populo vnquàm fuiſſe in vſu? Dic
tu quidem libro 2 de Emendatione tem-
porum, capite de anno Hegiræ, hoc ann
„ Cilices ſiue Caramannos, & quaſdam ali
„ Muhamedicas nationes, ad memoria
„ proauorum noſtrorum vſos eſſe: cuius r
„ veſtigia non ſolum in libris Muſulmano
„ rum, ſed & apud quoſdam Turcas hod
„ ſuperſint, qui merâ periodo Hagarenâ C
„ lippi vtantur, cum tamen interea conſt
„ illis ratio anni Hegiræ, non minùs quàm
aliis Muſulmanis. interim verò nec vllum
eiuſmodi veſtigium ex vllo libro Muſul-
manico iſtic profers, cum aliàs nihilo ma-
ioribus occaſionibus teſtimoniorum Ara-
bicorum quoties ſuppetunt affatim pro-
ferre ſoleas; nec vllum producis auctorem
eius quod dicis de hodierno vſu period
Hagarenæ Calippi apud quoſdam Turcas.

At in *Canonibus* nuper editis, priore
arte tertii libri quem appellas περὶ τῶν ἐποχῶν
uia in eo reddis rationes eorum quæ
rioribus duobus ponis, in Annotationi-
us ad caput nonum primi quod exhibet
abulas & methodum *magnæ periodi* Ha-
arenorum seu potius tam tibi visum
Damascenorum Calippica, de Caramannis
ominatim tacens, de Turcis ita scribis:
*cimus Turcarum gentem quandam (Tur-
arum non vnum genus est, vt Arabes scri-
unt,) ante* CCC *plus minus annos (neuti-
quàm iam hodiè), item alias orientis natio-
es hâc magnâ periodo vsas fuisse quæ hodiè
non vago Hegira vtuntur:* nec hîc quidem
llo scientiæ vestræ auctore aut argumen-
o in medium prolato. Sed & quod addis,
*Quum autem à vere anni Damascenorũ &
Hagarenorum incipiant* (auctore scilicet
implicio qui de anno Arabum sui seculi
a affirmarit): *non potest aliunde quàm ab
Aerâ Antiochensium, annis* 48 *ante pri-
mum annum Christi Dionysianum*: vt dem
Antiochinorum epocham constitutam es-
e vere quam aliàs existimo me demon-
trare constitutam autumno, Laodiceno-
um verò Syriæ sequente vere: tamen non
est cur concedam illos non potuisse aliun-
de inire quàm ab epochâ Antiochensium,
quando-

quãdoquidem nihil obſtet quin alia quæ-
que epochæ præter Antiochinam ab I-
dicenam, tum antè tum pòſt, eãdem an-
tempeſtate conſtitui potuerint à quibus
ipſi inceperint: velut illa Arabum Bosi-
norum & Petrenorum quos antea appe-
laueras Hagarenos, quæ ex 153 anno
tiochinorum conſurgit, ac à tempſo pa-
poſt ad vernam tempeſtatem refer-
Porro autem quod, poſtquam obſero-
ris ibidem nec vnum genus Arabum
ſed *duodecim, quæ vixit, dynaſtæ autem*
rum βασιλεῖς dicebantur, deinde proba
interuallis duorum menſium Arabico
Angalthabait & Aleom propoſitis ab
phanio in libro de hæreſibus, capite
tra illam Dementium, quoſdam Arabe
ius ſeculo vſos eſſe anno mero Iuliano:
quidem cenſerem haud malè actum
cum anno tuo conſtante menſibus de-
toriis, ſi alterum tantulum argumenti
ſuppeteret quo confirmares cum alis q
buſdam Arabum, ſiue vlli generi vel m
eorum aut cuiuſquam alius populi vllo
culo vſurpatũ eſſe. Id verò quum nuſqu
appareat, nihil ſanè mirũ quod initio A
notationum ad caput proximè ſequ
ipſe vltrò accedas quam proximè ad
de ciuſmodi anno ſententiam quam
ſcribi

cribis in hæc verba: *Et sanè videtur ipse*
bolissimus (id est assumptio mensis sequē-
is pro initiali anni post ternos aut binos
nnos) *apud peritiores fuisse, annus autē re-*
exus (id est solutus siue vagus siue retro-
radus lunaris) *apud vulgus remansisse:*
uemadmodum apud Ægyptios annus vagi
id est solaris æquabilis) *vsus apud vulgus,*
tercalatio diei ex quatuor quadrantibus
ollecti penes Hierophantas & sacerdotes
dixisses potissimùm Astronomos & E-
hemeridum auctores) *erat*. Nam sicut cō-
ituto anno solari dierum 365 & quadran-
à Dionysio Alexandrino, non difficile
it conditoribus Ephemeridum deinde
xponere per singula quadriennia qui dies
nni æquabilis conuenirent cardinibus so-
ribus & initiis singulorum mensium il-
ius anni: ita recepto in vulgi vsum anno
lahometano mensium lunarium duode-
m tantummodò, dierum autem plerun-
ue 354 alias 355, ac proinde necessariò à
empestatibus anni solaris Iuliani retro-
rado, æquè facile atq; vtile fuit peritiori-
us scilicet Ephemeridistis annotare quot
ies quilibet mensis lunaris in quolibet
olari quot annis anticiparet, & quâ huius
arte initium illius contingeret & ad quot
nnos in eodem hæreret, facto calculi ini-

tio

tio à primo solari mense verno aut
nali aut brumali aut æstiuali pro
dine gentis cuiusque.

Porro quod *Annum lunarem* ve
tiquius quam ab Hegirâ Mahome
nempe ab epochâ anni Iuliani Arabibus
præsertim *Iudæis* tanquam Arabum colo
in vsu fuisse statuis (pertinè proxim
quentibus capitibus scilicet decimis
mi & prioris partis tertii libri C
libro 2 de Emendatione temporum, c
te de anno Arabico soluto epochæ Iu
næ,) vnico argumento petito à narra
Nicolai Contii Veneti in Itinerario
ferentis æram Indorum ab Octauio C
re putari, atque eum annum quo scrib
(*qui, inquis, erat Christi* 1400) fuisse
cundum Indos 1490 currentem
ego illud censui atque etiam nunc cr
non verisimile: quoniam aliud dicer
detur Contius quàm tu, adeo vt appa
numerum 1490 à scribâ aut typogra
eius perperàm conceptum esse pro 14
aut 19 aut 29 aut summùm 49, siqui
ipse Contius neutiquàm videatur
rus fuisse Euangelicæ historiæ vt
Christum natum esse imperante Oct
ideóque interuallum inter æras O
Christi multo minùs fuisse 90 annis

rim eodem auctore annos lunares vagos
b Indis vsurpatos refers, sed neque ab La-
onensibus aut vllo alio Orientis populo
odiè vsurpari vllâ idoneâ historiâ aut ra-
ione ipse colligis. Neque verò illud ratio-
i consentaneum est quod autumas Iu-
os ab Arabibus tanquam horum colonos
deo antiquam vagorum annorum epo-
ham accepisse, cum apud ipsos Arabes
ullum eiusdem vestigium supereſſe ap-
areat. Quod autem initium mensis Mu-
ram illius epochæ anno lunari vago 688
nte Hegiram refers perinde ad sextum
iem septimanæ quasi ad ipsas primas ca-
endas Ianuarias Iulianas: neque illæ ca-
endæ conuenerunt ei diei septimanæ sed
equenti septimo cum primus annus Iulia-
us non fuerit bissextilis: ac illud illius
ensis lunaris initium neque medio no-
ilunio astronomico quadrat quod noctis
em sequentis principio contigit, neque
uili nouilunio Calippico nequidē inx-
tuum ipsius calculum quanquàm tu ip-
um tanquàm à Calippi periodo deducis,
ec denique initio Muharam lunaris Ara-
ici 688 retrò putati ab Hegirâ quod in
ecundum diem septimanæ ac tertium Ia-
uarii recidit. Præterea verò quòd eodem
no tanquam tertio periodi tuæ Damas-

tenorum & Hagarenorum Calippicæ Mu-
haram mensem primum factum arbitrans
è penultimo cum Rabie prior, ab eo ter-
tius, antea esset primus, ineuns primo veri
neque illi qui anni Hagarenorum hoc Ara-
bum initium veri deputarunt videntur
censuisse Rabie primum eius mensem: at-
que omnino apparet Arabicum Muhara
ante epocham Mahometanam conuenis
Iuliano mensi Augusto & Loo & Ab Syr
rum quo mense Iuliano primus Muha
Muharam ferè à plenilunio completum
ita vt vterque Rabie Arabicus vsque ad
tempus conuenerit vtrique Tisrin Syro
mano & vterque Giumadhi vtrique C
nun. Verum illud omnium maximè ratio
ri aduersari mihi visum est quòd occasio
editi anni Iuliani, eodem tempore, in an
lunari Arabum vtpote tunc Romanis fa
dictorum solutum esse embolismo, & e
dem annum ex Calippico vagum fac
esse existimaueris: cum plane contra
opportunissima data sit occasio (quam p
rique populi orientis antea Seleucida
ac tunc Romanorum imperio obnoxi
rim acceperunt) mutandi annum Calip
cum in Iulianum; atque multo magis
ta esset mutandi lunarem vagum qui
nium maximè à Iuliano discrepat in C

lippicum qui omnium lunarium proximè
ad eum accedit, si vel Arabibus vel cuiquã
alii populo sub Romanoru ditione tunc in
vsu fuisset. Quocirca quæso te illustrissime
Scaliger ne sis pertinax in defendendis
huiusmodi opinionibus quas ita non mo-
do absque ratione sed etiam contra ratio-
nem videris suscepisse: neque porro in
retinendis tuis ratiociniis annorum die a-
bundantium in triacontaeteride Maho-
metanâ contrâ manifestam historiam pro-
latam à Iakobo Christmãno & probatam
multiplici auctoritate, quemadmodum
hactenus videris non solùm in locis suprà
memoratis præsertim sub finem posterio-
ris in Canonibus vbi vix conuitiis absti-
nes, sed etiam posteriore parte tertii libri
Canonum primo capite in Annotatione
ad primum Muharam Hegiræ: quasi Ma-
hometani annorum suorum initia sint ra-
tione lunari siue charactere astronomico
primi nouilunii neutiquam statuere po-
uerint quemadmodum ipse Meronem &
Calippum initia suorum statuisse concedis.
De primo autem die Hegiræ qua ratione
Albatenius & Alfonsus & cæteri astrono-
mi à te reprehensi quatenus referunt eum
ad septimanæ quintum, historicis sunt con-
uiliandi, ego vt spero satis & tibi & illi &
aliis

aliis dicto capite Tractatus mei declarasti.

Cæterùm quod de pertinaciâ emendâ
te admonui, præcipuè locum habere velim
in eo quo de nunc habendus est sermo,
scilicet *anno* tuo *Græcorum popolari* quem
& *annum æquabilem mixtorum Græcorum*
appellas. Speraueram equidem iuxta pro-
uerbium fore Dictum sapienti sat, vt no-
stra vindicatio illius loci illustris qui
Diodorum Siculum de epochâ emendi
caeteridis Meronicæ à similitudine tuâ interpre-
tatione præberet tibi occasionem diligen-
tiùs perpendendi cætera quæcunque à te
prolata sunt in eandem sententiam. Sed
quoniam adeo parùm inde profecisti vt
adhuc de eiusmodi scitamento tuo glorie-
ris: libet ex aduersariis meis proferre ex-
minationes duorum aut trium aliorum
locorum è præcipuis quos, vt illum Dio-
dori, priore parte tertii libri *Canonis*
septimum & octauum capita primi de ca-
nis Græcorum, è libris de Emendatione
temporum ad eiusmodi anni comproba-
tionem repetis. quod igitur quibusdam
Plutarchi præsertim locis repetitis in *Ca-*
nonibus abuteris ad hunc finem: de iis hoc
è nostrâ particulari confutatione tuum
popularium tetraeteridis Græcis depromp
accipe.

Præterea refert Ioſephus Scaliger libro
de Emendatione temporum, capitibus
de anno minore æquabili Græcorum, & de
periodo Atticâ, itemq; libro 5, cc. de The-
bis euerſis ab Alexandro, & de pugnâ ad
Arbela, anno quo Darium ad Arbela ſiue
Gaugamela vicit Alexander plenilunium
contigiſſe viceſimo die Attici menſis Boe-
dromionis, iuxta Plutarchum: vtpote qui
in vitâ Alexandri ſcripſerit eclipſin luna-
rem illo anno, factam vndecimo die ante
victoriam Alexandri, contigiſſe magnis
Athenienſium myſteriis ſiue Eleuſiniis fa-
ris; hæc autem in vitâ Camilli retulerit
ad viceſimam noctem eiuſdem menſis:
quem menſem Atticum proinde Scaliger
concludit non fuiſſe lunarem quippe qui
die 20 habuerit plenilunium, ſed popula-
rem tetraetericum. Sed fugit eum, quum
viceſimus dies Boedromionis fuerit præ-
cipuus dies feſti Eleuſiniorum, ipſum fe-
ſtum incepiſſe quatuor vel quinque diebus
anteà, ac duraſſe complures dies, nō vnam
tantùm noctem. quod ex ipſo Plutarcho
facilè colligi poteſt. primùm enim in Ca-
millo ita loquitur. *Eurùs verò non ignoro*
quod circa tempeſtatem myſteriorum — A-
thenienſes coacti ſint recipere Macedonum
præſidium, circiter ipſam viceſimam Boedro-
mionis

» *monis quâ mysticum Iacchum producere so-*
» *lenne erat.* Deinde autem in Alexandro,
» *Athenienſibus*, inquit, *recentibus eſt* (A-
» lexander), *quanquam iniquè ferentibus Tha-*
» *barum calamitatem, adeò quidem vt myſte-*
» *riorum feſtum quod tunc forte pro manibus*
» *habebant præ dolore omiſerint.* quare diutur-
» nitatem quandam illi feſto Plutarchus vi-
» detur aſcribere. itaque quod poſtea ſcri-
» de Alexandri victoriâ, *Luna igitur defe-*
» *menſe Boedromione circa myſteriorum A-*
» *ticorum initium: vndecimo autem die p*
» *exercitibus (Darij & Alexandri) alteri*
» *alterius conſpectum venientibus &c.* initi
» illud haud dubiè retulit Plutarchus ad
» noctem eiuſdem menſis in quam pleni
» nium vt plurimùm incidit. Id quod ma
» feſtum facit in vitâ Phocyonis, vbi de
» ctoriâ eius & Chabriæ circa Naxum ſo
» bit ita. *Victoriâ verò potiti ſunt magis*
» *ſterijs: præbuit q; Chabrias Atheniẽſibus*
» *libamen ſingulis deinde annis* (* non ſer
die, vt tu modò in *Canonibus* ex eiuſd
libro de doctrinâ & virtute Athenien
mendoſe refers, vt hinc quoque pop
rem Græcorum annum ſtabilias, ſed)
» *moſexto die Boedromionis.* ecquis enim
» biret quin Chabriæ victoria in
» diem inciderit?

Quis autem non miretur luculentiſſi- "
mum eiuſdem Plutarchi locum in Camillo "
de vtráque illâ victoriâ (Alexandri inquam "
& Chabriæ) ob vnam interpunctúram le- "
uiter tranſpoſitam, à Ioſepho Scaligero "
Criticorum coryphæo locis ſupradictis a- "
lieniſſimè ſuarum item cæteroquin opi- "
nionum confirmandarum gratiâ expoſi- "
tum eſſe? quem quidem locum, ſicut ex- "
tat in editione Græcâ Henrici Stephani, "
ipſe capite de euerſis Thebis in hunc mo- "
dum legit. *Quinto autem die deſinentis* (ſci- "
licet Boedromionis) *in Arbelis Athenien-* "
ſes nauali victoriam circa Naxum obti- "
nuerunt duce Chabriâ, circiter plenilunium "
menſis Boedromionis. inde verò concludit "
Scaliger neq; illum Boedromionem fuiſſe "
lunarem. Verùm iudicent Critici an non "
plenâ diſtinctione quæ hanc clauſulâ malè "
præcedit, ritè collocatâ poſt dictionem "
Arbelis, vt locum eum à *Naxo* inſulâ re- "
moueat, totus ille apud Plutarchum locus "
ita legi ita intelligi debeat. *Rurſus autem* "
Perſæ menſis Boedromionis (ineuntis) *ſexto* "
quidem die *in Marathone, tertio verò in Pla-* "
tæis ſimul & circa Mycalẽ victi ſunt à Gra- "
cis: verùm quinto deſinentis (id eſt ſexto & "
vicesimo) *in Arbelis Athenienſes victoriâ* "
nauali potiti ſunt ad Naxum duce Chabriâ "
circa

circa plenilunium, in Salamine
cessimus diem Boedromionis: (
tur dicere illam contra Xerxem
in Cæsaribus intelligi vis, vt
tatem eius alibi scribentis contra
licatem anni tui popularis, hanc
decimosexto die Munychionis, plen-
nio, catenus mutata opinione tua ab
tione operis de Emendatione tempor
quemadmodum à nobis in libro de die
ratione declaratum est. Hinc igitur
satis constat Plutarchum contulisse
riam Alexandri in 26 diem Boedromi
eundemque 11 à plenilunio & eclipsi
& initio mysteriorum Eleusiniorum:
briæ autem ad Naxum in eadem
diem 16, qui & plenilunio & mysteri
item initio conuenit: longè aliter
statuerit Iosephus Scaliger.

Itaque hæc pauca decerpta è fasce
diusculo nostrarum vindiciarum quo
gula loca quæ certè nimis multa
per totum opus de Emendatione
rum prolata ad stabiliendum eiusmodi
num & singulas eius species, vt Olym-
cam, præsertim verò Atticam de
gentia polliceris in Cæsaribus, &
earum turbam (de quibus meritò
tur illud poetæ, Cætera de genere hoc

sint multis, loquacem delassare valent Fa-
bium,) examinò, sufficerint; donec vide-
ro an non alterâ editione illius Operis, aut
Canonum tuorum (quandoquidem è sub-
scriptione tuâ appareat his quoque supre-
mam manum à te impositam esse ante mei
Tractatus editionem) aliquid de pertinaciâ
vel saltem de gloriatione in talis commen-
ti propugnatione remissurus sis. Vnũ mo-
dò addam, quod de Plutarcho in iisdem
Canonibus testimonium huiusmodi perhi-
bes, *Sed Plutarchus sine dubio putauit om-
nes menses Atticos fuisse lunares*: itáne ve-
rò Plutarchus ille doctissimus, patriâ Græ-
cus, lectionis propemodùm infinitæ, atque
historiæ præsertim patriæ longè peritissi-
mus propè dixerim omnium hominum
qui vnquàm vixerunt, atque etiam in die-
rum ratione adeò versatus vt peculiarem
de eâ librum scripserit; hic inquam ille
Plutarchus ita putauit, tu autem aliter pu-
tas? submitte fasces: pariterque recordare
quàm sano & sobrio iudicio ob eandem
causam, primo libro de Emẽdatione tem-
porum, postremo capite quod inscripsisti
de anno commentitio Herodoti, itemque 5. l.
de initio Olympiadum, atque alibi, vili-
penderis ipsum quoque historiæ Græcæ
parentem, idque in eiusmodi re quæ nul-

lam

lam fabulæ ad deliniendum auditores expe-
tatæ ſuſpicionem admittat, quaſi qui ne-
ſcierit cuiuſmodi anno vteretur Gracia
tunc quando ipſis Olympiis in celeberri-
mis illis vniuerſæ Græcæ comitiis hiſto-
riam ſuam publicè recitaret: nec tibi ni-
mis perſuade ad tuum annum populares
ſpectare illũ *Ciceronis in Verrinis* de Gra-
corum diebus exæreſimis locum, *quem*, t
ais, *ne ipſe quidem eximius interpres Aſco-
nius aſſecutus eſt*; quod ſcilicet tuæ inte
pretationi non faueat: ac denique agnoſ
è reliquis locis à te prolatis illos ipſos q
præ cæteris in ſpeciem pro tuo illo cen
monſtro anni non anno facere videamur
ab ipſorum auctoribus conceptos eſſe
numeris dierum rotundis non præciſis;
illum *Ariſtotelis* de canibus fœtum ger
tibus quintam aut ſextam partem anni
eſt dies 72 aut 60, ac Plinii & Varronis
360 *ſtatuis Demetrij Phalerei* quot lu
habet annus abſolutus; quomodo ip
quoque priore parte tertii *Canonum* cap
te inſtitio in vndecimum primi, ſub
de anno Hebræorum autumnali acci
meritè, quum aliter neque tuo ipſum
poſito quadrarent: vel de annorũ
ſium lunarium cyclis vitioſis
octaetericis vt Harpaleo & aliis,

epoch

epochæ à mediis nouiluniis saltem quatuor vel quinque dies porro aut retro aberrauerant; vt illum *Diodori Siculi* de luna lucente circiter mediam noctẽ in neomeniâ ciuili; quandoquidem etiam ipse eâdem parte *Canonum* ad 8 c. fatearis Meconicas prytanias ne 8 quidem anno belli Peloponesiaci Athenienſibus in vſum receptas esse.

Cæterùm quid illud tandem est quod *de Harpali & Meconis* cyclis lunaribus suo indicio ex Festo Auieno in Prolegomenis semel atque iterùm exprobras me accepisse, *qui* (vt inquis) *Festum Auienum non magis norum quàm Belesim Chaldæum?* Imò sicut de Belesi Chaldæo cognoui ex Diodoro Siculo, quo de nullam mentionem in tuis legeram, perinde Festum Auienum absque tuo indicio nosse poteram atque etiam noueram. nam pulcher Theocritus non solus hominum videt. porro neque numerum annorum cycli Harpalei ex Auieno accepi qui falsum edidit, & de tempore Meconicæ ennadecaeteridis in vſum receptæ æquè illi ac tibi refragatus sum: neque de initiis annorum eius auctoritati ipsius innitendum censuissem nisi & Plato Meconis ætati ferè æqualis & Diodorus Siculus idem ostendissent.

dissent. & quum nihil horum praeterierit Auienus, ego etiam numerum dierum octaeteridi Harpali accensui ex Censorino alium quàm tu, neque tuam ordinationem annorum embolimæorum neque in eius neque in *Calippi* lunari perinde sequendam mihi existimaui; postremò autem dierum in singulos menses distributionem & superfluorum siue exemptorum dispensationem & mensium plenorum cauorumque dispositionem quam tu fecisti per tres illos *cyclos lunares Harpali Metonis & Calippi* in libris de Emendatione temporum atque octauis capitibus primi & prioris partis tertii libri *Canonum*, neutiquam verisimilem esse declaraui.

Cap. VI.

POst hæc arreptâ occasione ex eo quod (vt inquis) *praestantissimi* [illegible] *seruationi nostræ tam praeternè obtrectatum, quæ res vt à nobis tam aliter, quam nunc in Canonibus, ita firmis argumentis demonstrata est, vt ab hominibus intelligentibus dubitandi locus relictus non sit*; & vti infra subiicis, *præsertim quum iste similiter tam pro-*

rrò illa vires infectetur: hîc plura in eo-
undem confirmationem addis. Equidem
emel dixi, nempe 16 capite Tractatus
ei, de anno Iudæorum recentiorum, tuos
ardines solares annorum æquabilium re-
pondentes diebus septimis aut octauis
Octobris Ianuarii Aprilis & Iulii mensium
ulianorum, æquè atque autumnale initi-
m anni Syromacedonum inania tua fig-
menta esse. Cum autem tua de eiusmodi
olaribus cardinibus opinio nitatur duo-
us fundamentis: priore quidem, qua-
rantis supra 365 dies anni licet non ci-
ili vsu tamen vulgari cognitione apud
mnes nationes & religiosa obseruatione
pud earum pontifices ab omni antiquita-
e, quam Græcis & Romanis appellatam
[illegible]-piadum mysteria ex Ciceronis e-
istolis ad Atticum in libris de Emendati-
ne temporum, atque priore parte secun-
i *Canonum* ad septimum caput primi
olligis: vtique hoc omninò falsum & in-
ptum esse semèl & quidem nisi vehemen-
er fallor meritissimo iure sub finem 17 c.
ronunciaui: ac sub finem 18 c. illum an-
i modum ab eximiis quibusdam Mathe-
aticis paulò ante seculum Hipparchi A-
ronomi deprehensum esse è magno o-
ere astronomico Ptolemæi demonstraui,

opinio-

opinionemque tuam de maiore ipsius
tiquitate saltem apud Ægyptios asserta
præsertim ex Horo Apolline confecta
Porro autem quod in eundem finem in
tio quarti de Emendatione temporum
repta occasione ex eodem auctore
ctum, priore parte secundi Canonis
vndecimum primi, & sequente inuitio
mel atque iterum repetis de obseruato
Ægyptiis ortu Caniculæ incunte solari
no primo cuiusque quadriennii vesp
secundo mediâ nocte, tertio manè
inde post ortum anno quarto impe
meridiei, quinto rursum vesperâ; vnde
gulis quadriennijs colligeretur vnus
ger dies supra quater 365: equidem
illud sit nisi ingens tua hallucinatio fa
me non intelligere, quum constet
lam & quodcunque aliud astrum
ro non erraticum quotannis eadem
solaris tempestate ad plures noctes
nuas eadem horâ noctis siue inc
mediæ siue desinentis orientem app
verbi gratiâ ponatur ortus acronych
vespertinus Caniculæ aut Basiliſci
lendas Ianuarii: eadem stella
primo sed & secundo & tertio
annis cuiusque quadriennii solaris
rebit oriri vesperâ ad complures

ntinuas ab iisdem calendis. quamobrem
e fastidias meam interpretationem ver-
orum illius cuiuscunq; auctoris de qua-
uplici ortu Caniculæ per quaternos
adrantes vniuscuiusque anni. Cæterum
hilo plus momenti habet quod eidem
in iisdem locis dicis atque repetis de
ogito anni modo & cardinibus vulgo
ud Chaldæos & Persas & alios orien-
populos ex æquinoctii obseruationi-
us, vtpote quas etiam rusticis promptum
et facere per *umbrarum* siue gnomones:
um hæc propter vmbrarum meridiana-
m etiam æquinoctialium exiguas ad bi-
um aut triduum differentias non nisi à
ruissimis & curiosissimis Mathematicis
t longa obseruationum intervalla vix
ndem definiri potuerint.

Alterum fundamentum quo innititur
ea tua opinio est historia *quarundam epo-*
arum vti ipse arbitraris constitutarum
ulis eiusmodi cardinibus: quod etsi sub-
a antiquiore cognitione illius mensuræ
ni per se stare non possit sed vltrò cor-
at; expendam tamen sigillatim ecquid
olumenti ad tuum institutum ex afferant.
mum cardinem tãquam epocham *re-*
eteridis atque octaeteridis populares At-
d conueniisse septimo idi Ianuarii (o-

missis

missis Olympiis mysteriis, quæ
quæ tuæ dignitatis gratiâ nolim
ampliùs) priore parte 2 l. Ca
& institio ad 11, cõfirmare nitere
doro Siculo quatenus scripserit
lympiadis 96, archonte Athenis
fuisse noctem illunem
anno nouilunium contigerit
Ianuarii. Ergo, inquis,
ratio horum cardinum. Equidem vide
vt tu quoque meliùs videas, aio,
uilunium tunc acciderit, & Diodorus
cutus sit de nocte illuni ratione
potius quàm nubiloso & turbido cœli
nihilominus innuit: tamen haudquaq
facit ad suum institutum, quis
brumalem cardinem videtur defini
astronomicè puncto temporis,
uili ratione diebus fermè quadra
quanto scilicet tempore extremius
bræ meridianæ in Gnomone per
tropicas lineas, vti scribit Gemin
quod sæpè repetis, Aristotelem in
animalium, Theophrastum in
tarum, & cæteros veteres scriptores
rentes mentionem
quàm intelligere de veris solstitiis
quinoctiis: imò de veris illi

quæ

quam non more astronomico sed vsu
uli definitis: de tuis verò ne somniasse
idem videntur.

Æstiuum cardinem octauo diei Iulii
ouenisse ita certò tibi persuasisti quòd
nno quo putatur *epocha Olympiadum ab*
bite constituta esse nouilunium conuene-
t in nonum Iulii: vt posteriore parte 3 l.
anonum ad caput primum secundi vt &
ub finem 3 & postremi c. eiusdem, etiam
lerculis Aurei & Pelopis ludos Olympi-
os neglectis ipsis tetraeteridibus per en-
adecaeteridum interualla in dies deci-
osquintos mensium lunarium ab eodem
ono Iulii inceptorum conieceris. verùm
onec aliquis veterũ aut recentiorum au-
torum certiora tibi de his rebus indicet:
eto abs te ne aspernaris ea quæ ego de in-
erta ratione epochæ Olympiorum Iphiti
cripsi sub finem 12 c. mei tractatus: & quę
e eorum ratione scripsi, multo magis de
ræcedentiũ scripta putes. quinimo etiamsi
aximè constaret primam Iphiti Olympi-
dem celebratam fuisse plenilunio mensis
ncepti à nono die Iulii: non tamen ex eo
equeretur anni solaris diem proximè præ-
edentem habitum fuisse æstiuum cardi-
em. ideoque videris ipse in priore parte
ecundi *Canonum* ad 7 c. neutiquam inde

sed é brumali cardine iuncta tuam verbo-
rum Diodori Siculi interpretationem con-
stituto in 7 die Ianuarii, hoc tanquã prius-
mè demonstratum & consequens assume-
re. Ad cuius maiorem cõfirmationem tu-
ibi tum rursus capite insitirio ad vndecim-
conatus verba Platonis de initio anni fa-
ciendo post æstiuum cardinem applica-
tuo cardini in octauo Iulii nõ minus qua-
Metonico respondenti 27 diei Innii, il-
Diodori loco de eodem cardine Meton-
constituto in 13 die Attici mensis lunar-
Scirophorionis iterum atque iterum ab-
modo abuteris, tãquam innuerit prim-
nouilunium Metonicum conuenisse d-
13 Scirophorionis tetraeterici popula-
ad 15 diem Iulii, ideoque Hecatomb-
nem Atticum popularem respondent-
primo mensi Olympico dilatum esse i-
diem Augusti ne ipsius initium anteceu-
ret tuum cardinem æstiuum in octauo l-
lii. sed & locum ex Aristophanis scholi-
referente eclipsin lunæ anno septimo bel-
Peloponesiaci factam mense Boedrom-
ne quam tu refers ad 9 diem Octobris, p-
peram quoque intelligis de mense pop-
lari, quum intelligendus esse videatur
lunari Harpaleo ob nimis frequentem
cli octaeterici intercalationem prolapso

cedentia, Metopicis nondum in vsum
ceptis. Æquè autem frustrà contentio-
em contra Dionysium Halicarnasseum
otam in libris de Emendatione tempo-
um de die captæ Troiæ (quem dum ille
ribit 17 diebus anteuertisse æstiuum car-
inem videtur tibi referre cardinem ad 9
lii quum debuisset ad octauum) renouas
osteriore parte tertii libri Canonum, pri-
o capite, titulo ad excidium Hii: quan-
oquidem ille iuxta calculum anni Athe-
iensium Calippici non popularis qualem
hic quoq; inculcas sed lunaris, cardine
Metonis & Calippi innuat conuenientem
7 & 28 diebus Iunii, desinente anno pri-
o proleptice enneadecaeteridis Calippi
nobis explicatæ contingentem 17 die-
us post 23 diem Thargelionis, quo idem
roiam captam esse refert quum superes-
nt post cardinem 20 dies complendo ei-
em anno: quemadmodum etiam signifi-
ui 15 capite Tractatus mei.

Ad *vernum cardinem* stabiliendum octa-
o die Aprilis demùm in Appendice ope-
s de Emendatione temporum venit tibi
mentem *epocha Chaldæorum & Assyrio-*
m Semiramie, quam priore parte tertii
anonum, capite insititio ad 11, communi-
s etiam *Persis*. Ais igitur, quoniam anti-

quissima Chaldæorum epocha a Calli-
ne peruestigata est anno 1903 ante capt
ab Alexandro Babylonem, quo tempo
iuxta tuum annum cœlestem innixum Al
phonsinorum rationibus permentibus
num bissextum Iulianum in annis ch
133 æquinoctium vernum conuenito
no diei Aprilis : propterea Chaldæos
Assyrios eandem cardinis illius cõstitu
nem deinceps semper obseruasse, & qu
annis æqualibus dierum 365 vteretur, p
120 quosque annos vnius mensis int
30 dierum intercalatione caput anni
eõdem reuocasse. ita inquam ais sed ne
quam confirmas. Et cum in Appendice
collatione annorum imperii Assyrio
& deinde Medorum qui Assyrios eo sp
liarunt iuxta Ctesiam apud Diodorum
culum, Callisthenis epocham refers
initium *Nini*, non ad Nemrodum qu
ferendam fuisse anteà putaueras : secu
capite secundi libri *Canonum, in Dy*
Assyriorum, & libro tertio, præsertim
steriore eius parte ad primum & secu
capita secundi, refers ipsam demum ad
annum Semiramidis post mortem N
qui regnarit 52 annos, tãquam ad tem
quo ea Babylonem condiderit; qui pr
capite secundi statueris ipsam tamen

nis post diluuium. Ita parùm certam o-
inionem habes de huiusmodi epochâ:
uam mea chronologia ex annorum mũ-
calculo quem tu in numero delirio-
um mihi cum aliis communium ponis
auit circiter 115 annis post diluuium, ac
post terræ diuisionem, tanquam initio
gni Babylonici omnium primi post ip-
m diluuium: repudiatâ fabulâ de Semi-
mide, quam Ctesias homo vanissimus vt
quoque cum appellas propinauit ple-
sque post se historicis Græcis & Latinis,
storiam Orientalem penuriâ meliorum
ctorum de eius fæce hauricntibus, quâ
commodius sequente capite.

Neque certiora vel probabiliora sunt
uæ ex eodem auctore affers priore parte
cundi *Canonum* capite embolimo ad vn-
cimum, de panegyri scilicet ob concur-
m æquinoctii pariter & enthroniſmi
rbacis Medi potiti imperio Assyriorum
Chaldæorum, ope Belesis Chaldæi sa-
rdotis oppresso Bellidarum regum Assy-
corum vltimo Sardanapalo, 126 annis
te epocham Nabonazari. enimuerò ego,
ut alium Belesin, ita etiam alium Sarda-
palum quem tu nec in somnis vnquam
disti, Deo volente, tibi paulò post ostcn-
m. Quod autem (vti refers libro 4 de

Emen-

Emendatione temporum, capite de
cœlesti Muhammedanorum) *Nouruz*
rirathi annotatum ad 28 diem Adar
ni siue Martii reperisti (vbi, *Scimus*,
hic æquinoctium *Nabonassari*
nempe in *Calendario Turco Persico*,
vtique difficillimo & lectu & intellectu
deris expiscatus esse formam anni
dæorum & Persarum solarem
ter vagam & bissextilem, sicut
Samaritanæ lunarem mediam
& embolismicam; quandoquidem
postea eodem libro, capite de
Nouruz veterum Persarum, epocham
» larem institutam esse primum in
» no æquinoctio incidente in
» siani quam hodierni Persæ vocent
» Harirathin, quare autem
» rasse; eamque epocham fuisse
» integra (scilicet 120 annorum)
cham Nabonassari: satis erat
annotationem conueniisse
ctio vel solis ingressui in
primum epochæ Nabonazari,
annum cœlestem; nimium
stea in Appendice, & consideremus
Canonibus addidisti *Chaldæi*
de putasse epocham Nabonazari
ab initio regni eius, vno
secundo

cundum Ægyptios Ptolemæus Astrono-
us, absq; quo foret, vt ipse postea inquis,
erierat huius regis memoria. neque ma-
is probabiliter adiicis Persas appellare
um Hararathem qui Cresiæ dictus est Ar-
cas Mediæ rex, quàm epocham Nabo-
zari epocham Hararathis quod initium
gni Nabonazari inciderit iuxta Ctesiam
18 annum Artycæ. Quorsum verò (ne
gem, quo auctore) subiicis etiam pane-
yrim celebratam esse ob concursum æ-
inoctii & enthronismi Nabopollasaris,
no 123 *Nabonazari*, ibidemque institu-
m esse epocham cuius annum 5 Ptole-
æus Astronomus, & 30 memorarit *Eze-
el propheta* initio prophetiæ suæ, eatenus
sevexans locũ illum magis quàm quis-
uam alius eorum saltem nostri temporis
ophetarum quos taxas, dum corrupta se-
utus exemplaria 29 annos regni [illegible] aseri-
is pro 21: similemque ob causam *epocham*
elenci, à morte Alexandri (quando eum
nà cum cæteris Alexandri successoribus
egnum iniisse refragãtibus historicis præ-
rtim Diodoro Siculo asseris) dilatam es-
e vsque ad decimumtertium inde annũ:
emùm subiuncta mentione Iubileorum
ontificum Romanorum? an vt credantur
eteres Chaldæi ac Persæ solenni Panegy-

ri celebrasse intercalationem [illegible] post
centenos ac vicenos annos, quemadmo[dum]
Romani Pontifices nuper instituerunt e[x]
missionem bissexti Iuliani per centenos
Iubileos? at (praterquam quod epoche
te assignatæ non satis conueniunt ad i[n]
tervalla quaternorum nedum 100 ann[o]
rum:) hi & Iubileos instituerant longè m
tequam omissionis bissexti in mentem
sis venerat; & deinceps Iubileos in qui
nulla bissexti omissio facienda sit statu
celebrandos non minus quam cæte
Neque verò *Sibyllina carmina* de ang
mensibus & magno seculorũ ordine à Po
Virgilio in Eclogis accommodata ad
dos seculares Augusti; neque *ea ge*
rum solenne iusiurandum de non inter
lando mense vel die quem in festum
tarent, idoneum argumentum tibi
ditant [illegible] concludendum menses inter
lares à Chaldæis & Persis eâ ratione
vsurpatos esse. vt omittam quod pa
bi constes etiam in eo vnum
Persicorum epocha antiquitus
nouari post 120 annorum
cuiusque regis noui enthroni
bris de Emendatione temporum
sum.

Cæterùm *in Canonibus* posiquam

nodi annum solarem æquabilẽ cum mien-
e intercalari siue desultore traductis quin-
ue diebus epagomenis à fine mensis præ-
edentis ad finem sequentis, qui eo pacto
eret anni elapsi postremus è primo reuo-
tis 120 annis, conatus es demonstrare è
Georgio Chrysococce Græco medico qui
anones astronomicos ediderit circiter
gũ abhinc annis; quem nihilominus ar-
traris in eorum conuersione ex Arabis-
no ita errasse vt *tres species anni Persici in*
eam confuderit: demùm *capite* illo em-
olimo *de anno veterũ Persarum, Chaldæ-*
um, &c. eiusdem demonstrationem altiùs
petens *propter vanitatem & pertinacium quo-*
dam abortivorum ingeniorum quibus, vt
quis *id mirum visum est, vt æquatis om-*
nia lutea videantur: præfatus tenùs descrip-
one ipsius niti auctoritate veterũ Arabũ,
uorum tamen nullius nomen aut scrip-
am profers: vnius *Ignatij moderni Patri-*
rchæ Antiochæni viri quod in orientis par-
atq; haud paruo periculo gignendarum aut alendarum prauarum opinionum in animis & aliorum minus sano iudicio præditorum, & eorum qui ratiocinia Mosaica iuxta Septuaginta interpretes Hebraicis perperàm anteferunt, & præsertim Atheorum qui eiusmodi occasiones captant ad detrahendum auctoritati Sacræ scripturæ, ac Christianæ religioni. inter quæ videris nimiùm oblitus institutæ à te olim *Emendationis temporum*: quod si ista tempora, ipsis etiam Ethnicis prudentioribus suspecta tanquam mendosa, non habeant opus emendatione, audenter dicam, nulla habent. Verùm hæc impræsentiarum minus spectant ad nostrum institutum; quod erat respondere ad ea quorum inductione tu instituisti probare me proteruis & malitiosis & iniustis reprehẽsionibus adlatrasse te: ad quæ quidem singula iam respõdi. quod autem scribis, *Hæc sunt pauciſſima de multis quæ sparsim ex illius prophetæ abortivo fœtu desumpsi; nam totum librum vt perlegerem nunquam mihi imperare potui*: siquando dignaberis totum perlegere & reliqua annotare, de iis postmodùm videro. interim de his & de reliquis ex his scilicet *portentis lepidis & Democrito dignis* tibi visis (quibus me pertraxisti etiam ad leue exa-

men plerorumq; capitum trium librorum *Canonum tuorum*) æqui lectores iudicent: qui si me hîc, vbi proteruiam à te mihi ex Tractatu meo obiectam declino, acrius tecum quàm in ipso egisse censuerint; cogitent iniustis tuis calumniis & pertinaci errorum defensione iustam mihi datam esse occasionem agendi tecum tanquàm cum aduersario veritatis pariter ac meo. De tui autem dispositione totius *Chronici Eusebiani* oportunè dicetur in nostro *Veterum Chronicorum Syntagmate*, si Deus voluerit.

Sed heus tu! antequàm Nabonazarum illum Belesim nostrum relinquam, cedò quid tandem volueris eo quod contra me scripseris, *Tunc credam Nabonassarum eam formam Bocchoridi indixisse quum à Turca inclytus Iacobus magna Britannia rex annum Hegiræ accipere cogetur? Videtis, candidi lectores, prophetas &c.* quorsum verò ita longè captata vel potius nulla occasione Regis nostri Augustum nomen in huiusmodi disputationem pertraxisti? an volebas innuere me diuinâsse illum aliquando coactum iri (quod absit) à Turca accipere annum Hegiræ: ideóq; prius illud de Nabonassaro imperante anniq; formam indicente Bocchoridi & Ægyptiis adeò immeritò mihi impegisti, vt huiusmodi ratio-

nem

nem inde tanquam à pari instituëres? ecquid tale vel è sermonibus meis vel è clanculùm reserato & inquisito chartularum mearum scrinio ad te delatum est? at si vel ex his vel ex illis colligi potuisset quicquam quod diuinationem aut prophetiam simulatam, nedum temeratam fidem erga Deum aut regem aut patriam arguisset: vtiq; luissem (ac meritò sanè) vltimo supplicio: quandoquidem Hoc Ithacus velit & magno mercentur Atridę. An verò tu etiã Turcismi vtcunq; quasi apud regem meum insimulare me volebas: quomodo scilicet pii quidam verbi diuini ministri iampridem Turcismi aut Caluinoturcismi insimulati sunt? Quod genus hominum tu item in Prolegomenis & ante & postquam de me egeris, item *Prophetarum*, sed & *Catharorum*, atq; *Catharoprophetarũ* nomine videris hyperbolicè traducere, tanquam *Qui exoticos scriptores, quos ipsi prophanos vocant, hoc est omnes prater sacrosanctos scripturæ libros ne semel quidem verum dixisse declament.* & postea ais. *Puros sacræ scripturæ fontes non minus, quam ipsi, esse, & quatenus sint puri, melius quam ijdem, scimus, & fatemur, & præ nobis ferimus.* (verbo saltem. atqui an nõ sunt puri omnino & simpliciter, sed tantum *quatenus*, vel κατὰ τι?)

Sed quos ipsi stercore suo (honorem nanciscuntur prætiatus esses) conspurcarunt, eos non solum puros, sed etiam à scriptura esse negamus. Ab his hominibus maius periculum imminet bonis literis, quam ab Aretalogis, qui eas aperto Marte impugnant. Nulla maior pestis hac prophetarum plebeculâ. Nihil, inquiunt, verum est nisi quod sacris libris continetur. atq; in iis quibus tandem dimittendo mihi valedicis: Si hoc genus hominum radices egerit, nulla maior humanioribus studijs pestis atq; pernicies imminet. Adeo inexpiabile bellum exoticis scriptoribus indixerunt qui prophanos vocant, quibus ipsi prophaniores sunt: vt taceam quod ipsi eos non intelligunt. ac denique sub finem Prolegomenorum. Quia enim Catharis & Prophetis virum deest, candor et methodus, æmulatio oculos eorum perstrinxit, ne opes illas reconditas videant, aquilæ via, ne eas consequi possint. Methodum autem in his rebus nemo speret se adipisci, nisi omnium exoticorum omnis generis scriptorum libros versauerit, & ex illorum assiduo tractatu aliquem vsum multiplicis doctrinæ sibi comparauerit. à quo quantum absunt Cathari, qui ab omni exotica lectione auersi sunt? Quod nos tot annis, tot scriptorum tam sacrorum, quam exoticorum præsidijs instructi vix tandem extudimus, (aut ne vix

vix quidem,) *id homines scilicet nulla doctrinæ,* (at neq; multa lectio per se sola doctum facit, & diuina benedictio superueniens humanæ industriæ illa demùm ditat æquè animi mentis ingenii & iudicii ac corporis & fortunæ dotibus,) *nullo gustu literarum prediti, rustici, agrestes, idiotæ triborio consequentur? O homines insigniter stultos!* (ita nimirùm huius seculi sapientibus videri solent homines illius professionis.) *Et nobis suos puros fontes obijciunt, quod scilicet nos à spurcis, & inquinatis disquisitiones nostras hausimus. Stomachum non continebo, si diutius de hoc genere loquar. &c.* Tu certè Iosephe Scaliger te grauiter laborare stomachi vitio passim significas. at enimuerò siqui ex illa plebecula prophetarum quam perstringis nihil exoticorum scriptorum auctoritati attribuunt, hi quidem eatenus peccant in tutiorem partem quàm tu & alii qui nimium attribuere videmini. Medium tenuere beati. Verùm hoc omisso, quâ tandèm ob causam nos (siquidem tu me eorum quoq; contumelijs impertis) Turcismi insimulandi simus? an quòd neutiquam fuerimus auctores principibus Christianis vt se consocient Idololatricis, vtcunq; se item Christianos profitentibus, ad suscipiendam vnà expeditionem contra

Turcam? atqui nouimus propter factum huiusmodi quondam Iehoshaphat laudatissimum regem Iudææ præsentissimum periculum & feruentem iram Dei incurrisse. quinimò etiamsi centena millia eiusmodi Christianorum, vel postquàm aliquid de idololatriâ suâ in speciem (velut Israelitæ sub Iehu eiusq; posteris disperdito Baale) remisissent, quamuis leui aut nullo stipendio nostris se offerrent in subsidia; tamen existimaremus eos non magis vtiles futuros, quàm illos Israelitas quos Amazia Iudææ rex olim conduxerat. Interim verò nos quidem Britanni nihilominus officii nostri esse censemus non modò assiduis precibus Deum obtestari vt regem nostrum inclytum Iakobum efficiat nobilissimum instrumentum gloriæ atq; gratiæ suæ ad procurandum bonum vniuersæ Ecclesiæ Christianæ; sed etiam omnem piam ac fidelem operam cum omni submissione eidem præbere pro suâ cuiusq; vocatione, ad prouehendam illam religionis pariter & morum puritatem quæ sola patriam nostram tutam præstare queat æquè contra interna atq; externa omnia mala, æquè contra Antichristum Romanensem atq; Turcam.

Cap. VIII.

SED interpellant illa abs te cognominata *periodorum oracula* vt tandem sui habeatur ratio: quæ tu scilicet non tam humani ingenii aut industriæ inuenta quàm Dæmoniaci instinctus hypomnemata haberi vis; vt saltem huiusmodi laruâ iis obductâ lectores ab ipsarum amplexu absterreas quos argumentis abducere non potueris: eatenus quidem rem indignissimam non modò nobili & literato viro sed etiam probo ac liberali ac ingenuo homine perpetrans. mihi verò vtpote conscio nullius admissi sceleris aut flagitii neque vllatenus violati pudoris aut religionis in ipsarum partu decretum est sedulâ ac fideli atque ingenuâ operâ in lucem edita tollere ac pro virili propugnare: & necui fortè videar subterfugere quicquam eorum quæ tu contra ipsa obiicis, visum est vniuersum orationis tuæ contextum subiectis ad singulas eius periodos responsionibus nostris ob oculos lectorum nostrorum ponere, quo facilius & rectius de ipsis iudicari queat. Sic igitur incipis.

Quum tam paucis diebus totam de temporibus doctrinam imbibisset, (videlicet paulo superiùs, *vt hominis genium lectori patefaceres, hunc primùm monendum censueras, tantâ vi mentis eum esse praditum, vt intra paucos dies doctrina temporum solis & lunæ periodorum peritissimus euaserit, quam tamen ne minimùm quidem degustauerat antequàm opus tuum perlegeret:*) *vix tandem sibi persuadere potuit, quod in nostro operelegerat, apud veteres alternis plenos & cauos lunares menses fuisse. portentum existimauit, idque, vt reliqua, commentum nostrum esse dum illum credidisse anni elegantissima ratio, quam excogitauit, apertè ostendit.*

Equidem doctissime Scaliger neutiquã me paucis diebus totam de temporibus doctrinam imbibisse, verùm ferè quinquẽnium parti eius vti spero non contemnendæ de variis annorum formis explicandæ impendisse sub finem 20 c. Tractatus mei professus sum. quod tempus etsi plusquam dimidio minus sit quàm vel Mathematici Gregoriani vel tu ipse in iisdem studiis posueritis: est tamen tantum vt & amici & inimici mei licet diuersis animis & consiliis vnâ tamen voce & iisdem verbis non minore istorum vafritie & dolo quam dolore nostro ipsum non in melioribus stu-

diis

diis collocatum mihi exprobrent: adeo vt nisi hoc septimo iisdem dicato anno (quo circiter dimidium ætatis tuæ iam propè septuagenarii vt significas in Canonum tuorum subscriptione habeo) ex ipsis tandem emersero, equidem parùm prosperè mecum hactenus actum existimauero; atque interim siquid boni in iisdem præstitero, non tam doctrinæ quam constantiæ laudem mihi vindicauero, quod nec amicorum votis nec inimicorũ iannis & ludibriis nec denique patrimonii detrimentis à proposito quod honestum esse nouerim dimoueri me passus sim. Primam verò horum studiorum occasionem primumque gustum mihi præbuit dum Prælectionem Astronomicam commentarer, non tuũ opus de Emendatione temporum quod tu vanè obtrudis, sed primũ caput Astronomici compendii Alfragani quod ipse ab Albatenio mutuatus esse dicatur: quo quidem capite ac vno & altero Censorini, quo de mox, totius huius doctrinæ fontes traduntur; adeo vt nec tu quidem ipse in illo ingente tuo Opere quicquam solidi in hac parte exhibueris quod non ex iisdem fontibus hausisse videaris.

Iam verò equidem miror quã frontem illud mihi impegeris quasi exiliarim mẽ-

ses

ses lunares alternis plenos & cauos apud veteres tuum commentum esse: quum in ipso quarto capite Tractatus mei, quo illam anni formam quam tu scommaticè vocas elegantissimam innecsligo, hoc ipsum disertis verbis æquè *Metonica* ac *hodierne Iudaica* anni formæ ascribam; & capite octauo vbi numerum dierum cuiusq; anni in minore periodo nostrâ definio, posteaque toties cc. 12 & 13 & 14 &c. *Græcos inde à Solonis seculo* & Persicæ monarchiæ initio vsurpasse alternos menses lunares cauos asseram. Tu autem pergis.

Videbat à nobis Censorinum testem produci. non negligendum putauit scire quis esset Censorinus ille cuius toties fidem sequeremur. Consulit illum. ibi quoque menses alternis pleni & cani disertè extant. Vtique Censorini libellus de die natali adeò rarus fuit nostro seculo, vt absque tuo indicio mihi innotescere non potuerit. imo ne tuis ingratiis dicam me eius notitiam accepisse è Iakobi Christmanni commentario ad Alfraganum: post Nicolaum Copernicum in opere Reuolutionum & Erasmum Reinoldum in tabulis Prutenicis vbi de epocharum constitutione agunt, quis rectiorum Chronologorum saltem paulò accuratior eius non meminit? à quibus scil-

cet

cet tu nihil accepisti, quum quicunq; post te hoc argumentum tractandum susceperint vix effugerint quin vel simili tui vel obtrectatores vel vtrumque tibi habeantur, tu autem nullius illorum. nolo ego hic oblatam arripere occasionem regerendi taras in tuo illo magnifico Opere occurrere obseruationes veras aut vtiles quas non alicui ipsorum, scilicet vel de temporum interuallis Ioanni Funccio, Gerardo Mercatori, Abrahamo Bucholcero, Paulo Crusio &c. vel de annorum formis, iisdem post Sebastianum Munsterum eiusque discipulum Erasmum Oswaldum Schreckenfuchsium &c. debere videaris; quasi numero Vix totidem quot Thebarũ portas vel diuitis ostia Nili: id tantum dico, me æquis lectoribus diiudicandum relinquere vter rectius *Censorino* (quocunque modo mihi primùm innotuerit) vsus sit, tu an ego, & quàm inanes sint nec ad votum tuum succedant huiusmodi tuæ gloriationes, tum è multis aliis, tum ex eo quòd 14 c. Tractatus mei illo ipso auctore ego vsus sim ad confirmandum celeberrimas apud Græcos periodos lunares *Harpali Meronis & Calippi* instructas esse mensibus alternatim tricenũm & vndetricenũm dierum siue plenis & cauis, præterquam embolimis

aut

aut vltimis ratione abundantis dici; planè contra tuam opinionem sæpe duos continuos menses plenos quacunque anni parte iisdem periodis imputantis. Pergis porro.

Ne hoc quidem scrupulum eximere potuit. (Quasi vero vllus eiusmodi scrupulus iniectus esset.) *Non posse fieri quin menses sint non apud prophanos* (ego scripseram tantùm ethnicos), *saltem apud Israelitas imò apud Patriarchas* (an autem ego talem gradationem institueram?) *aliam formam alium dispositum habuerint quàm alternationis plenorum & cauorum. Vide quid sit prophetam nasci, aliud & longè solertius est quàm hominem esse.* (Videat igitur lector scilicet haud dubium argumentum Prophetæ & quidem nati Prophetæ: quod ego non animaduerteram quum suprà capite secundo disquirerem quo tandem argumento me prophetam vocares: atque ignoscat mihi quod tantam meam dignitatem ipse non nouerim.) *Legerat in opere nostro quod nemini antea subolerat* (quodque adeo ipse à te perperam collectum esse pronunciauit &c.) *menses eos quos Moses in historiâ Diluuij memorat annum esse plenos & tricenûm dierum.* (De primis quidem sex res est adeo manifesta vt nemo

qui historiam Mosaicam legerit, modò nouerit quoties tricena sint 150, te interprete aut monitore opus habeat: de reliquis verò tu neutiquàm confirmas.) *Rursu ex eodem opere* (imò è Macrobii Saturnal. l. 1 c. 13 itidem à te perperàm præsertim quod ad dies hyperballontas & mysticum illum intercalarem extra Mercedonios attinet intellecto) *didicerat annum priscorum Quiritium dierum* 355 *fuisse: & 23 interdum 22 dies intercalari. Ita q; annum extrâq; formâ constituit, qui menses Dilunij* (neutiquam illos à te assignatos,) *& modum ac emboliſmum anni Quiritium* (nec eum quidem omnino ipsum sed perquàm similem sanè) *haberet. Quia igitur totus quantus quantus est nihil nisi sapientia & prophetia est,* (cur hoc dixisti? an quia ego scripseram populum Israeliticum omnium sapientissimum vsum esse optimâ anni dispositione vsq; ad postremos ipsorum prophetas ante Christum?) *ita ratiocinatur: Adamum quia perfectissimus creatus esset, perfectissimis quoq; animi dotibus, præsertim matheseos & Astrologiæ, à Deo exornatum fuisse;* (*non dubito*, inquis, *quin & typographiam quoq; nouerit.*) *ab hac igitur astrologiæ peritiâ eum perfectissimam anni formam excogitasse, quæ & lunæ & solis conuersionibus*

nersionibus conuenientissima esset, quæ, vt eius verbis vtar, circiter æquinoctium atque nouilunium inciperet, ex vndecim mensibus plenis & vno mutilo qui tantùm 25 dierum esset.

Imò ego non prorsus eo modo ratiocinatus sum, verùm sic: Adamo videriâ Deo primùm inditam eximiam scientiam omnium rerum naturalium tum terrestrium, vt plantarum animalium &c. tum etiam cœlestium; in his verò præcipue duorum luminarium vtpote potissimorum naturæ instrumentorum, eorumque vsus ac rationis anni; quemadmodum haud obscurè innuit diuinus Moses in vsus ipsorum descriptione Genes. 1 c. ita vt diuino instinctu Adamus simul ac ipse conditus esset, non minùs perciperet quorsum illa itidem à Deo essent condita & quibusnam vsibus sigillatim destinata quàm vnaquæq; animans atque planta: itaque naturalis anni & singularum eius tempestatum rationem neutiquàm ab ipso *excogitatam*, sed perinde ac cæteræ naturæ vniuersę cognitionem ipsi *infusam*, ac deinde ab ipso cæteriſque longævis illis Patriarchis conseruatam atque à toto genere humano obseruatam fuisse &c. Quod autem nugaris de *typographiâ*, non est par ratio cognitionis rerum naturalium

naturalium initio mundi simul constitutarum, ac artificialium deinceps singulis seculis aliarum atq; aliarum prout vsus exigebat inuentarum: neq; par vsus literarum scriptarũ nedùm typis effictarum extitit apud illos lõgævos qui apud nos. Sed & sophisticè cõfundis duas hypotheses à nobis institutas de anno naturali, alteram 1 c. simplicitèr & in genere, alteram 4 c. distinctè & in specie. aliud enim est quod disputo primo capite, naturalem annum in vsu fuisse primùm toti generi humano deinde autem Hebræis & Israelitis, ab Adamo vsque ad postremos horum prophetas ante Christum, adeoque ab ipso Christo fuisse obseruatum in postremâ suâ cœnâ paschali: aliud quod quarto, cuiusmodi esset ille annus naturalis, vtrùm constans vndecim mensibus tricenûm dierum & vno tantùm 25 pleriúmque, an saltèm sex prioribus continuis tricenûm cæteris vero deinceps vsque ad postremum vndetricenûm. illud prius simplicitèr & absolutè affirmo, hoc posterius non item. Pergis.

Itaq; in horto Eden anni forma nata (imò priùs accepta) *est antiquior natalibus Kain & Abel, idque dierum* 355, (hoc, vti modò dictum, non perinde simplicitèr à nobis affirmatur:) *qui est modus anni veterum*

Quiritium:

Quiritium: menses autem pleni ex lustris Diluuij (non tamen omnes iuxta tuam illius interpretationem). *Intercalatur vbi opus est mensis plenus*, (intercalantur subinde dies summùm 28 aut 27,) *sed ea conditione, vt anno embolimæo ille capite deminutus dierum 25, vnus 22 nunc 23* (imò nunc 52 nunc 53) *dierum fiat, qui est Mercedinus priscorum Quiritium* (atqui Mercedinus prisco Februario intercalatus constituit integrum mensem embolimæum summùm 50 aut 51 dierum) *vt in libris nostris docuimus. Quod si non meminissemus* (quia scilicet nemo ex Plutarchi Numâ & Cæsare, ex Macrobio, Censorino, Solino, &c. illud animaduerterat ante vos, aut animaduertere poterat absque vobis, quia scilicet Vos soli sapitis reliqui volitant velut vmbræ;) *nullum annum Adamus excogitare potuisset*: (confidenter sanè dictum, neque verò vllum excogitauit, nedùm menstruũ quod vobis placuisset:) *& metuendum erat, absque eo foret, ne populo Dei à conditis rerum ad casum Zedekiæ tempora sine vlli anni formâ transigenda fuerint.* Quoniam nimirum illa forma anni naturalis sola mihi proposita erat, quin potius ego si non æquè (scilicet) tuam veterum Quiritium periodum annorum atque lustrorum 22,

ac menſem intercalarem mutuatus eſſem: ſaltem annum Abrahameum cum periodo 120 annorum ſiue Heled veterum Hebræorum mutuari à te potueram, ne populus Dei omni anni formâ tamdiu deſtitutus eſſe videretur. quaſi vero ipſa hypotheſis quâ iuxta ſacræ hiſtoriæ maximè receptam interpretationem ſtatuimus anni initium circiter æquinoctium pariter ac nouilunium cum menſibus ſummùm duodecim quorum ſex priores fuerint tricenarii & reliqui annis communibus haudquaquam maiores, non per ſe demonſtret neceſſariò annis embolimæis vnum menſem ciuilem relictâ aliis ſuâ menſurâ ne anomalia extendatur ad plures quàm opus fuerit competere dierum minimum 53 aut 52, id eſt 23 aut 22 ſupra ordinarium menſem plenum. itaque neutiquam, quod tu videri vis, è numero dierum menſis Mercedini veterum Romanorum, annum illiuſmodi, ſed contrà ex illiuſmodi anno iuxta hiſtoriæ ſacræ hypotheſin conſtituto veram rationem illius numeri dierum Mercedini menſis collegimus. quare neque iſta gloriatio tibi ſuccedit ad votum. Pergis.

Expoſito anni modo & formâ ſupereſt cui menſi emboliſmus deputetur videre. Nullus hominis acutiſſimo ac prophetico (his quidem

minibus à te iam assuefacti sumus) *eruenientior embolismo mensis visus est, quam decimus, quia principio anni à vere deducto, necessariò decimus mensis in brumales dies incidet, quo tempore neque agricolationi homines dant operam, & cœli inclementia dat vacationem laborũ.* Sed duas potissimas causas (præter vetustissimam consuetudinem Græcorum pariter ac Latinorum) à nobis assignatas, quarum altera petita est à brumali solstitio, altera à lunæ silentio diuturniore per semestre accessus solis ante, recessus autem post coniunctionem sui cum sole, tacuisti. Pergis.

Hanc anni formam (aut sanè huius geminam ab eodem auctore exhibitã) *ab ipso ex intimis Astrologiæ adytis ertã* (imò cum intimâ vniuersæ naturæ cognitione eius menti informatam) *& à Patriarchis ad posteros transmissam* CREDERE TAM EAS EST QVAM DVBITARE NEFAS: COR IVBET HOC LYDYAT POSTQVAM DESERTVIT ESSE ASTROLOGVS: (Qualem videlicet ego *ἐμαυτὸν* vnquàm professus sum: neque verò meum cor hoc iubet sed tantùm rationibus quibusdam, quibus tu non respondes, suadet:) *inde sub iudicibus, & regibus Iudæ ad excidium templi continuatam fuisse. Cum*

ſus qui volet (quia ſcilicet tibi ſatis ſit negaſſe effecta ſiue concluſiones,) *ex eius diuino libro petat:* (libro quidem humano ſed quem vti ſpero per Dei gratiam afflauerit aliqua diuinæ particula auræ:) *neque enim horas perdet* (equidem nolim perdiderit), *quod tamen euitare non poterit, ſi noſtra legat, vt ipſe* πρανῶς καὶ ἐκ προοιμίου *monuit.* Vbi inquam, aut quibus verbis? Hactenus alteram anni formam tanquam naturalem aut ei proximam à me exhibitam vtcunq; propoſuiſti. deinceps quaſi ad eius confutationem te accingis his verbis.

Iſte annus σφιδνὸν λίαν, ὄνθυρι δὲ ἑξάνυν, μίσον δὲ ἀμφοῖν, *Diuerſum confuſa genus panthera camelo:* (Nempe monſtrum anni non annũ ſignificare voluiſti: verùm quanto aptiùs conuenerit huiuſmodi elogium anno confuſo è ſolaribus ſimul ac lunaribus menſibus heterogeneis & aſymmetris, ad quod genus ſpectant tum *periodus Iuliana cum paſchali methodo* tum *anni cœleſtis forma* à me expoſitæ in libris de Emendatione temporum, ac ſecundis tertiis & quartis capitibus primi & prioris partis tertii *Canonum*, quàm alterutri noſtræ quâ nihil ſimplicius & magis vniforme excogitari queat; ſpero equidem ſatis intelligenti & æquo lectori declaratum eſſe memorato quarto Tracta-

tus mei capite, ac vicesimo præsertim in primâ differentia anni nostri & Gregoriani, atq; in epilogo:) *Iste, inquam, annus neq; lunaris est à mensium descriptione, neq; solaris à dierum modo. Sed neq; lunaris per eandem causam. Annus enim lunaris est 354 non 355, & ex intervallo uno die minor.* Imò verò & lunaris est à mensium descriptione quatenus singuli menses eius incipiunt & desinunt quasi interlunio: & solaris à dierum modo quatenus vernum æquinoctium semper incidit in primum ipsius mensem. sed & lunaris per eandē causam quòd constet vel duodecim mensibus dierum 355 vel tredecim plerunq; 383: quum duodecim syzygiæ lunares comprehendat plusquam 354 ac tredecim minus quam 384 dies. Tu autem dum is infitiàs mensium eius descriptionem lunarem esse quia non sunt alterni pleni & cavi, dierumque modum solarem quia communibus annis sunt tantūmodò 355, sed & lunarem quia iisdem abundat plusquàm dimidius dies supra duodecim lunationes; sophisticè petis id quod est in quæstione: quandoquidem ego demonstrauerim in anno civili atq; naturali conformato ad vtrumq; luminare pariter lunā ac solem, quum duodecim illius menses totidem huius dodecatemorii

ratemoriis sint inæquales, iure aliquid remitti ab vtroq; vt ex æquo accommodetur ad vtrumq;. Pergis.

Quum igitur Propheticum edictum sanciat annum à nouilunio incipere, hoc nunquã nisi fortasse mutilando miserum illum mensem 25 dierum accidere potest. (Nunquam nè hoc accidit mutilando miserum mẽsem: verùm aliàs diminuendo aliàs augendo mensem vnum è duodecim, nempe decimum, si placet.) *Esto, exempli gratiâ, nouilunium anno hoc Christi* 1606, *Martij* 29, *feriâ septimâ, cyclo solis* 19, *lunæ* 11, *perque annos* 12 *nouilunia cum characteribus suis, & literâ Dominicali disponantur, vt in subiecto Diagrammate. In primo anno ab eâdem feriâ nouilunia instituimus, tam verum, quam propheticum. Reliquorum characteres nunquam paria facient per decem continuos annos, sed vno die, & non rarò biduo propheticum nouilunium seriùs inibit, quàm ciuilis neomenia, vt ex diagrammate patet: & in eâ periodo annorum* 144, *aliquãdo in* 17 *aliquando in* 19 *annos eadem inæqualitas committetur, vt vno die aut biduo nouilunium propheticum neomeniam ciuilem moretur.*

Iam incipis illustrissime Scaliger te iactare in confutatione periodorum notarum tanquam speraris, earum auctore

Elenchus Nouiluniorum Propheticorum, Scaligeranus.

Ann. Christi.	*Lit. Domin.*	*Char. Nouil.*	*Char. Proph.*	
1606	E	7	7	
1607	D	4	5	
1608	CB	2	3	*Emb.*
1609	A	7	1	
1610	G	5	6	
1611	F	2	4	*Emb.*
1612	ED	1	2	
1613	C	5	7	*Emb.*
1614	B	4	5	
1615	A	2	3	
1616	GF	6	1	*Emb.*
1617	E	5	5	

calumniis tuis obru-
to, nec ipsũ nec quem-
quam alium vnquam
susceperum fuisse ip-
sarũ patrocinium. Si
enim tu hęc edidisses
si existimasses quem-
quam eorum exami-
nationi adiecturum
fuisse animũ? nam cu-
iusmodi tandem est
hoc Diagrãma quod
tanquam elenchum
nouiluniorũ prophe-
ticorum, meorum sci-
licet, proposuisti? quo-
doquidẽ ego 7 capitis
Tractatus mei, atq; 8
statim post typũ no-
strę minoris periodi,
cũ anno Domini vul-
gari 1605 conuerue-
rim annum mundi
conditi atque epochæ nostræ 5609, qui es-
set 137 tricesimæ nonæ eiusmodi periodi,
transactis 38 quibus competerent 547
anni in primâ tabulâ, ac ad dextrum eius
marginem dies septimanæ residui 2, qui
additi initiali diei anni 137 in tabulâ se-

cundi,

cundâ, nempe 4, arguerent illum noſtræ epochæ annum 5609 conuenientem anno Domini 1605 iniiſſe 6 die ſeptimanæ: ac proinde ſequentes, iuxta methodum à nobis ibi expoſitam, quemadmodum ſequēs noſtrum Diagramma exhibet primo characterum ordine ſignato literâ A: cui appoſiti ſunt characteres mediorum nouiluniorum cuiuſque anni initialium, inſtituto calculo à veſpera, ſecundo ordine ſub literâ B. quoniam autem menſes paſchales à te expoſiti cōueniunt noſtris primis menſibus tantùm poſt annos noſtros emboliſmæos, aliorum verò annorum omnium ſecundis, noſter enim annus 5609 iuxta hāc periodum incepit 8 die Martii menſis Iuliani & erat communis: tertio ordine ſub literâ C expoſiti ſunt characteres his noſtris menſibus reſpondentes: adiectis ordine quarto ſub D characteribus mediorum nouiluniorum ipſis congruentium. quibus denique tui paſchalium menſium iiſdem conuenientium characteres quinto ordine ſub literâ E adiuncti ſunt.

An.Mun.	A.	B. h.	C.	D. h.	E	An. Dom.
5610	4	5.11.	6	7. 0.	7	1606
5611 Emb.	2	2.20.	4	4. 9.	4	1607
5612	7	1.18.	7	1.18.	2	1608 Emb.
5613	5	6. 3.	7	7.15.	7	1609
5614 Emb.	3	3.11.	5	5. 0.	5	1610
5615	1	2. 9.	1	2. 9.	2	1611 Emb.
5616 Emb.	6	6.18.	1	1. 6.	1	1612
5617	4	5.15.	4	5.15.	5	1613 Emb.
5618	2	3. 0.	4	4.13.	4	1614
5619 Emb.	7	7. 9.	2	1.21.	2	1615
5620	5	6. 6.	5	6. 6.	6	1616 Emb.
5621	3	3.15.	5	5. 4.	5	1617

Viden' iam non modò primos nostros menses omnes incipere vel ipso die vel pridie medii nouilunii sed & secundos tuis paschalibus respondentes excepto duntaxat vno anni 5619 tantum tribus horis seriùs ineunte : quum & eodem anno & 5612 tui menses paschales (atq; prior quidem

dem maiori interuallo) postridie eiusdem ineant? omnino contrà quàm tu statueras: qui eâ ratione hanc nostram anni formam iniquissimè peruertere conatus es, quod si primi eius menses integro die vel biduo sequerentur medium nouilunium, eosque deinceps secuti omnes pleni essent vsq; ad decimos; vtiq; isti nimio quanto interuallo idem morari viderentur. æquè autem prauum est quod addis eandem inæqualitatem committi aliquando in 17 aliquando in 19 annos: siquidem totius perodi iam post sexennium denuò incepturæ tantùm quatuor annorum initia contingunt post medium nouilunium, nempe 11, 52, 68, & 109; & quidem horum primi, quod maximè, neutiquam duabus horis & dimidiâ, cum ante 7 aut 8 periodos proxime hinc elapsas nullius initium cõtigisset post ipsum: æquè scilicet epochâ ac dierum exactis constitutis à nobis ita, vt media nouilunia, vbi citissimè, ipsis annorum initialibus, plerumq; vero sequentibus diebus euenirent: quod te latêre existimo non potuisse nisi vltrò cæcutiuisses. Sed ea quæ hactenus dixisti tantùm in præludia sunt horum quæ deinceps infers.

Itaq; post aliquot periodos tanta perturbatio nouiluniorum, & nunc mora lunæ, interdum

dum mora æquinoctiorum fiet, vt in decem periodis, hoc est, annis 1440, *quod non est magnum interuallum in huius doctrinæ demonstrationibus, Neomenia prophetica à decimo die mensis ciuilis lunaris ineat, hoc est biduo post τὴν διχόμηνιν, vt suo loco infra demonstrabitur.* (in Vtopiâ videlicet ad Græcas calendas, aut verò ad dies anarchos tuarum Tetracteridum,) *Itaque quod iam diximus,* (& erat nimirùm dignum quod iterùm diceretur,) *præterquam quod annus ille neq; solaris est, neq; lunaris, ne id quidem habet, quod ipsi visum est, vt eius neomenia lunaris sit: & quo maior annorum numerus fuerit, eo magis caput harum phreneticarum periodorum* (nunquid verò phrenitis est eius generis morbus, quo qui tentantur ipsi alios eodem laborare putant?) *à spatio, curriculoq; deflectet, magisq; à veris nouilunijs recedet, vt necessariò à plenilunio, à* 20 *à* 24 *mensis lunaris ciuilis, neomenia prophetica incipiat.* O insigniter malitiosam & illiberalem alienæ operæ deprauationem & corruptelam! profectò Iosephe Scaliger misereret me tui si putarem hæc tibi excidisse per hallucinationem: at ne ita putem facit quod promissa à te demõstratio infrà instituatur, vt paulò post videbimus, neutiquam decessu periodorum nostrarum à medio aut

vero

vero qualicumq; nouilunio velut hîc minaris, sed tantùm â tuo æquinoctio. quum autem nec iueris nec quiueris ire infitiàs huius nostræ anni formæ periodum comprehendentem hendecaeteridem vnam vltra septem enneadecaeterides excedere 1781 menses lunares iis competentes iuxta Ptolemaicam medii mensis mensuram à te ipso approbatam, tantùm 307 momentis quorum 1080 conficiunt horam, sicut è subiecto epilogismo constat:

1 hendec.	4016$^{d.}$	3$^{h.}$	928$^{m.}$
1 ennead.	6939	16	595
6 ennead.	41638	3	330
	52593$^{d.}$	23$^{h.}$	773$^{m.}$

eumque excessum per 49 periodos huiusmodi comprehendentes 7056 annos multiplicatum minorem esse horis 14: fierine posse arbitratus es vt vel caput vel cauda vel principium vel finis, vel medium eiusdemmodi periodi, non dico decimæ vel vicesimæ vel tricesimę, sed quinquagesimæ recesserit à mediorum nouiluniorum situ assignato singulis annis mensibusque primæ omnium periodi eiusdemmodi, vel ab initiis tuorum mensium lunarium ex eâdem mensurâ ad idem seculum constitutorum (siquidem ad hos spectat quod de mensibus

mensibus lunaribus ciuilibus & veris nouiluniis refers) interuallo maiore quam totidem horarum? nedum tot dierum quot à te conscriptos esse (quum ea quæ in hâc nostrâ periodo fit anticipatio tuorũ mensium lunarium propter rariorem huius emboliſmum, neutiquã per singulos dies, aut trientes aut semisses aut besses aut dodrantes mensium, sed tantùm per integros mẽses fiat,) maiorine commiseratione ob errorem an detestatione ob corruptelam excipiendum mihi sit nondum apud animũ meũ statuere possum. certè vix mihi persuaderem hæc scientem & prudentẽ scripsisse illum virum qui veritatis amorẽ & patrocinium præ se ferret, ipsumq; doctrinæ suę famæ præferret, quiq; adeò profiteretur (id quod tu in sequẽtibus vt maiorẽ lectorum indignationem contra miserũ me accendas) *se multos labores exantlasse, magnũ pelagus omnis generis scriptorum transmisisse, vt literarum studijs lucem, studiosis utilitatem afferret*: nisi cætera essent eiusdem farinę seu potius eiusdem fermenti. Pergis.

Quis verò non miretur, quando 30 intercalantur, tunc eâdem operâ de clando mensi nunc bidui nunc tridui ἐξαίφνης fieri? Et huius quoque præclari inuenti nos causa sumus, qui ostendimus in mensibus Græcorum non solum

vnius

onius diei sed etiam interdum bidui ἐξαίρεσιν fieri. *Quod si prætermisissemus, actum erat de anno propheticoneque vlla ratio iniri potuisset, vt ad iustum mensis lunaris modum rediretur. Nam prophetæ quorum contemptores sunt, aliquando eorundem sunt simij.* Magnum quidem tu tuo iudicio simiorum numerũ habes, in quo me abs te reponi neutiquam mihi videtur mirũ. sed quoniã putidis istiusmodi gloriationibus importunus es, ne dedignare quæso te semel audire, quẽadmodum olim Fabius Maximus M. Liuio iactanti eum suâ operâ Tarentum recepisse respondit, sanè nisi tu amisisses ego non recepissem; perinde me tibi tum de aliis tum de eâ quam nunc obiicis dierum exæresi respondere posse, nisi tu minùs apta ne dicam planè inepta obtrusisses fortasse non fuisset data mihi occasio inuestigandi aptiora. Vbi verò scripsi ego in hac anni formâ intercalari dies 30 aut plures 28 id est 4 septimanis? vbi autem de exæresi bidui aut tridui aut plusquàm vnius diei decies in totâ periodo mentionem feci? ecqua autem cognatio ecqua affinitas intercedit inter tuam tetraetericam exæresim & hanc nostram? quam scilicet, pariter ac decimi mensis tum communis tum embolimæi modum, suprame-

moratæ

moratæ hypothesi nostræ adiuncta æqualis dierum septimanæ in annis communibus & embolimæis differentia nobis peperit: seorsim habitâ consideratione mensium Græcorum quos hîc obiicis tum Latinorum siue Quiritium quos paulò superiùs obieceras. Verùmenimuero esse aliquid in hac nostrâ mensium ac dierum anni dispositione quod tibi etiam ipsi quamuis inuito vnumque eius mensem tanquâ claudum deridenti arrideat, apparet ex eo quod adeo cupidè te in partem inuentionis eius ingeris. sed auctoris ingratiis quantum potes animum contra obfirmans pergis.

Sed quid opus est quum intercalatur mensis plenus, de mutilo biduum aut triduum tollere, quum expeditius sit illum claudum securum in suis sedibus relinquere, & alium 27 aut 28 intercalare: si modo intercalare est mensem 57 aut 58 dierum constituere anni embolimæo, vt prophetica ratio respondeat capiti 4 primi Regum: ex quo fanatici anni priscorum Hebræorum somniant immutabili statu semper 12 mensium fuisse. Itaq; quum intercalatur, annus semper erit 12 mensium, quorũ vnus erit 57 aut 58 dierum. Sed quàm strennis argumentis illud phreneticum somnium confutauerimus, ex Canonibus lectu

animad-

animaduertere poterit. Mirum sanè te qui adeo auerseris vnum mensem claudum in anno communi, vltrò poscere duos in emolimæo. an hoc causatus esses si quàm certò tibi stetisset velle aliquid in hac nostrà anni formà reprehendere, tam certò constitisset quid in eâdem reprehendere meritò posses? Verùm, vt paulò superiùs innui, ego nusquam statui in eâ intercalandum mensem plenum siue tricenarium, sed tantùm dies 28 aut 27, qui cum 25 diebus decimi mensis anni communis compositi constituerent vnum mensem ciuilem emolimæum dierum, non 58 aut 57 vt tu perperàm refers bis, sed summùm 53 aut 52, id est 23 aut 22 supra tricenarium cæteris competentem numerum: duobus mensibus lunaribus coalescentibus in vnũ illiusmodi ciuilem quâdam quasi impage, siue insitione qui propriè emboliſmus dicitur. Atque illum quidem modum mensis intercalarii professus sum me excogitasse præcipuè occasione sacræ historiæ regum Israeliticorum Dauidis & Salomonis, quæ tantùm duodecim menses anni Israelitici agnoscere videtur, ex opinione non fanaticorum aut phreneticorum (quæ vocabula tibi Iosephe Scaliger nimis frequenter in ore atque in calamo sunt, vtinam ne in te

ipsum

ipsum præcipuè conueniant,) sed plerorumque eorumque sanorum interpretum. quanquam etiam ego aliam eiusdem partis historiæ interpretationem in epilogo Tractatus mei protuli: ideoque alterum naturalis anni formam, quam item antea quarto capite innueram, ibidem exposui, qua de plura paulo post. Interim æquilectores ferant iudicium eccuius momenti sint quæ tu contra hanc atq; huius periodi hactenus attulisti: quæ ipse huiusmodi epiphonemate concludis: *Hæc verò ludicra iocosque sunt præ illis quæ sequentur.* Ac sanè nisi hæc tua ita fuerint, vereor ne & ipsa & sequentia simul vniuersa non sint æstimanda vnius nauci.

Cap. IX.

DEinde sumpto nouo exordio, & sub Poetæ personâ scilicet invocatis Musis tanquàm magnum aliquid promittens ingente hiatu ita denuò incipis.

Ἐστιν τῶν μεγάλα ἐλύματα δώματ' ἰχνεῖ.

Maius opus, maior rerũ mihi nascitur ordo.

Parturiunt igitur mõtes. videamus quid nascatur. *Fœcundi sunt Genij prophetarũ, nec vno inuento, vt sterilia ingenia, immorantur*

(At hæc quidem tantùm inania ſcommata ſunt & iam obſoleta: ideoq; ſicut plura eiuſmodi deinceps ſilẽtio mihi ſinenda prętẽfluere ne cum nugante nugari ipſe videar.) *Quum vnâ periodo contenta eſſe poſſet ratio temporum, ipſe de ſcitu Largitionum ſuarum tres nobis exhibuit: quas quamuis vtriq; ſideri conuenientiſſimas ita aſſerit, vt tamen non demonſtret; nihilominus, quia ſcita omnia prophetarum ſunt oracula, impium & prophanum fuerit ſine demonſtratione eas admittendas eſſe negare. Prima earum eſt annorum* 144. *ſecunda* 448, *tertia ex vtraque compoſita annorum* 592. Equidem ſemper agnoui ac profeſſus ſum temporum rationem non modò poſſe ſed etiam debere cõtentam eſſe vnicâ periodo. quod quum tu etiam hîc innuas, cur tandem ipſe ſub finem horum Prolegomenorum, ac ſecundis tertiis & quartis capitibus primi & prioris partis tertii libri Canonum, *periodis tuæ Iulianæ* pariter ac *nouæ formæ anni cœleſtis*, vtriuſq; ternis minimùm periodis diuerſi generis & incommenſurabilibus ſartæ & conſutæ rectiùs dicam quàm compoſitæ ſum obtrudis? etenimuerò ego tres diſtinctas periodos à me excogitatas (quàm vtilitèr noſtri ac ſuccedentium ſeculorum eſto iudicium, quàm laborioſè ego ſcio atque

que ille penes cuius gratiam est operę mę merces, ne frustrà laborasse & inaniter vites meas consumpsisse ingrato seculo querar,) eâ ratione proposui vt aliis facerem potestatem eligendi è tribus quâ vellent: interim ipse primæ annorum 448. secundæ 144 annorum non modo propter breuem & concinnum annorum numerum sed etiam propter suspitionem haud inanem inequalioris ac breuioris mensuræ anni solaris quàm vulgus Astronomorum hodie propter Hipparchi & Ptolemæi obseruationes statuerit; ac secundæ tertiam ex vtrâq; priore compositam annorũ 592 propter congruentiam cum accuratioribus Astronomorum à Ptolemęo obseruationibus, haud obscurè præferens. Ac de prioribus quidẽ
» duabus tantùm aliquanto meliores esse
» Hipparchicâ annorum 304 (quæ omnium
» optima hactenus extiterat & quâ definitus
» annus lunaris à te ipso pro vero habitus e-
rat) è collatis vetustissimorum Astronomorum placitis cum recentiorum obseruationibus &c. tractatus mei non solùm asserui sed etiam liquidò demonstraui: de tertia verò, quod maximũ in epilogo spatiis exclusius iniquis affirmaui citra demõstratio-
» nem, iuxta receptas anni & mensis mensu-
» ras atq; terminos aliam æquè bonam intra

multiplum

multiplum ſpatii ipſius dari non poſſe, idē « infrà ſuo loco præſtitero; non recuſauero quin hoc meæ temeritati ac vanitati dictū imputetur. Sed videamus interim quid tu afferas contra ipſas.

De primâ igitur primo dicamus. Ea conſtat annis Iulianis 144, *biduo minùs, qui ſunt dies* 52594, *ſyzygiæ* 1781, *anni Arabici* 148 *cum menſibus quinque. Quia igitur has periodos non ſolùm Lunares, ſed etiam Tropicas eſſe ſciſcit prophetica ſolertia, & in* 144 *annis duo biſexta pereunt: ergo in* 72 *fit præceſſio æquinoctiorum vnius diei, non in* 133, *aut* 1: 4, *vt Alphonſinis, atque multis præſtantiſſimis Aſtrologis placuit. & conſequentèr character anni Tropici erit* 1.5.40′ *ſ. præciſè, non* 1.5.49′ *ſ.* 12″ *ſ.* (Hic ſaltem aliquid tibi dicendum erat de rationibus ſiue cauſis quibus ego &c. tractatus mei eiuſmodi ſuſpitionem mihi factam eſſe declaraui: ne ſola effecta ſiue concluſiones meas tātummodò negaſſe tibi, æquè ſcilicet vmbratili Mathematico ac inepto Dialectico, ſatis eſſe exiſtimares.) *Rurſus in totidem annis æquinoctia vnum gradum promouētur in Zodiaco in antecedentia,* (vel certè chorus ſtellarum inerrantium ab æquinoctiis in conſequentia,) *quæ eſt* τοπικὴ μετάγνωσις, *vt altera, quâ in diebus Iulianis vnum biſextum perimitur,*

mitur, est χρονικὸν. *Non igitur differunt* ἐνιαυτὸς χρονικὸς, καὶ τροπικὸς, *siquidem quot bissexta præcedunt in anno Iuliano, tot gradus æquinoctia præcedentur in Zodiaco quod profectò nemo antea sciebat.* (tempore quidem non differunt, quod ego obseruatu dignum censui, licet re ipsâ & ratione plurimùm. Ecce verò iam ἀνακάθαρσις ecce succum loliginis, nodum in scirpo quærentis, commodéque & opportunè iuxta hypothesin dictum malitiosissimè & insolentissimè deprauantis.) *Nam quis tanto ingenij acumine, vt vel minimum hæc odoratus sit? Sed non omnibus datum est esse prophetis. Certè si non hæc capimus, saltem hæc nos capiunt: vt in rebus diuinis quæ non intelligimus ea veneramur, & potius admiramur quàm in illis* περιεργαζόμεθα. *Non mirum igitur, si nostra imperitia à diuino illo ingenio hoc expresserit,* SIBI SCALIGERANAS RATIONES NVNQVAM PLACVISSE. *Ego certè fateor, quæ mea est, quod præcipuum est, doctorum hominum, fata culpa fuit, me semper cum illis putasse in 72 annis* μοίρησιν τροπικὴν *tantùm, in* 133, μοίρησιν χρονικὴν *fieri, hanc in Zodiaco, alteram in diebus Iulianis. Vide, vir vnus viris omnibus quid præstat, stultis intelligens quid interest.* Ad hæc Iosephe Scaliger non dubito quin intelligens & moderatus lector tibi silentio optime

optime responderi consuerit. Pergis.

Sed age, quia in ipso vestibulo sumus, quã-
quam prophani sumus, videamus tamen, an
in ipsa adyta admitti possimus. (iam pariunt
montes. en!) *Hipparchus observauit aequi-*
noctium vernum Alexandriæ, horis 18 ferè à
meridie 23 Martij, feriâ 3 sequente 4. annis
ante 172 ante Christi epocham Dionysianam
1587, quo anno Christi Tycho Brahe Dania
idem æquinoctium observauit hor. 14. 56'. s. à
meridie 20 Martij in Daniâ, quod tempus
ad Alexandriæ longitudinem relatum respõ-
det hor. 16. 17'. s. ab eadem meridie. In 1732
annis transierunt periodi propheticæ 12, cum
annis 4. Quia igitur quot periodi, tot paria
bissextorum exciderunt, secundum hunc divi-
nam & infinitam rationem, 24 bissexta tollen-
da fuerint de modo anni Iuliani ab observa-
tione Hipparchea, ad Tychoneam. Si igitur
à meridie 23 Martij 24 dies deducantur,
æquinoctium propheticum deprehenditur in
8 Februarij. Quare Tychonem Brahe, vel
potius Solem ipsum fugit ratio, quod æquino-
ctium illud ab æquinoctio prophetico decem
diebus solidis aberret. Hic vero & in sequen-
tibus consuetâ iam malitiâ lippiens vel
planè cæcutiens pertersa quædam texis
sophismata, non ad idem quod est in quæ-
stione (vepote institutâ de æquinoctiis se-
culorum

culorum Hipparchi & præcedentium E-
uangelii epocham, neutiquàm verò nostri,
quo conceditur vernum contingere circa
10 d. Martii,) spectantia: quum ego è col-
lecta memorato c. 6 tractatus mei, proba-
bilibus argumentis haud paulò maiore
inæqualitate & breuitate anni solaris fal-
tem à seculo Nabonazari ad seculum Hip-
parchi ferè, quàm vulgi Astronomorum
» hodiè fert opinio, sequente c. 7 statuerim
» epocham nostræ periodi annorum 14
» pariter ac *medium æquinoctium* (quod hu-
ius periodi hypothesi differre aliquando
vero siue apparente nosti puto me haud pri-
» mum statuere) secuta esse æquinoctium ap-
» parens circa epocham euangelii iuxta Hip-
» parchi & Ptolemæi obseruationes dieb
» minimùm septem: quæ nostro seculo re
» diisse viderentur propemodùm ad sum
» locum, ita vt apparens æquinoctium sum
» ac medium vnà cum eiusdem periodi
» tio nunc contigerint circiter 10 diem Ma
tii. quapropter finitâ periodo eiusdem
tricesimâ vnâ quæ nũc agitur, post sex
nium, proximè sequens scilicet quadra
sima anno Domini vulgari 1613 initura
eodem ipso die 10 Martii mensis Iulia
non 28 aut 27 Februarii, quem hoc tu
sophisma obtrudit. quo procedis vlter

Rursus anno 2333 ante eundem annum Christi 1587, anno primo Nabonassari, aequinoctiũ erat in 28 Martij. In eo internallo fluxerunt periodi prophetica 16 cũ annis 29: et proinde bisexta 32 abundant: quae de 28 Martij deducta relinquunt 24 Februarij, vbi fuerit aequinoctium propheticum anno Christi 1587. Itaque eodem anno Christi aequinoctium in 24 Februarij, & 10 Martij erat. Hic rursus aut Tycho Brahe, aut Sol erranit. nam tantum discrimen in prophetica rationes conferre, impium esset. Nihilo magis in 24 Februarii hoc argumento quàm in 28 aut 27 superiore. vtique eandem canis cantilenam sed repetitam aliquanto deteriùs. nam quis Astronomorum obseruauit vernum æquinoctium anno primo Nabonazari conueniſſe 28 diei Martii? an auctor tui *Calendarij Turcopersici?* at de eius antiquitate & auctoritate, ne dicam sententiâ, non satis constat. an non iuxta diuersas hypotheses ac diuersas anni mensuras constitutas ab aliis Astronomis idem æquinoctium in alium atque alium diem Iulianum eiusdem anni conuenit? an in eundẽ diem primi anni Nabonazari conuenit alterutrũ æquinoctium iuxta *Ptolemæum* ac *Albatenium*, aut iuxta *Albatenium* & *Copernicum*? ne cæteros nominem. An autem tu candi-

dè vel ingenuè vel æquè tecum agi existimares si quis contra tuam anni cœlestis formam ità ratiocinaretur; quoniam iuxta Hipparchi & post eum Ptolemæi statuentium autumni æquinoctium circiter 26 & 25 dies Septembris, atque annum 365 diebus & quadrante minorem dumtaxat 300 particulâ diei, observationes ac placità idem æquinoctium ad initium mundi à te constitutum quasi 3800 annis ante Hipparchum convenit in 8 aut 9 diem Octobris: propterea rationem te fugisse qui ipsum cum neomeniâ Zygonis tui statuerit 26 die Octobris, solidis 17 diebus poster? Tu vero pergis oberrare eâdem chordâ. *& certe quo maius erit interuallum, eo magis prophetica æquinoctia in antecedentia dierum Iulianorum submouebuntur.* (atque eo magis nimirum tui sophismatis fallacia detegitur.) *Anno mundi primo æquinoctium erat in* 21 *Aprilis.* (nimirùm iuxta tuam hypothesim: verum iuxta illam nostram ex argumentis capite 6 propositis (quorum tu ne vnum quidem attingis, tantùm modò conclusionum negãdarum satagens) 7 capite constitutam, erat in 27 Maii.) *in anno Christi* 1595 *erat in* 11 *Martij, qui erat Mundi* 5554. *in anni per* 72 *dimissi dabuntur bisexta excurrentia* 77. *quæ de* 21 *Aprilis*

deductis

deducta relinquunt 3 Februarij. (At de 27 Maii deducta relinquunt itidem 11 Martii.) *Ergo anno Christi* 1595 *prophanorum aequinoctium erat in* 11 *Martij, propheticum in* 3 *Februarij.* (scilicet.) *Non mirũ igitur, si prophetis cum prophanis tam malè conuenit, quum inter virorumque rationes tam malè conueniat gratia. Hinc illa:* NVNQVAM SCALIGERANÆ RATIONES MIHI PLACVERVNT. FREQVENTES CONTROVERSIAE INCIDERVNT MIHI CVM SCALIGERO. *Diceres me consultò profectionem in Angliam suscepisse, vt Amycus cum isto Castore commissus infeliciter pugnarem.* Enimuerò Iosephe Scaliger æqui lectores & inspectores huius inter nos controuersiæ ferant iudicium an non istic statum controuersiæ pariter ac argumenta nostra vbique refugiendo, solasque conclusiones eminùs quasi extra teli iactum lacessendo & conuitiando nimis ignauè & pueriliter, nedum infeliciter te gesseris. At tu tanquam viriliter prostratâ nostrâ minore periodo deinceps maiusculam illam 448 annorum eodem sophismate velut ancipiti gladio petis.

Periodus secunda annorũ 448 *tollit bisextaria. Tamen eius diuinitus prophanis rationibus nunquam congruet. Anno Mundi* 5425.

qui

qui respondet Christi Dionysiano 1428. *Æquinoctium erat in* 12 *Martij. Iam* 5424 *anni absoluti sunt periodi propheticæ* 12: *& proinde* 36 *bisexta collecta sunt à primo anno Mundi, ad annũ Christi propositũ, quæ à* 21 *Aprilis retrò putata peruenient ad* 16 *Martij.* (At vero à 17. Aprilis putata iuxta huius periodi mensuras & epochas, deueniunt ad ipsum 12 Martii.) *Atqui æquinoctium erat in* 12 *Martij. Eodem igitur anno Æquinoctium & in* 12 *& in* 16 *Martij commissum fuit.* Omnino in 12 eiusdem mensis. Iam verò sequentibus, ita conceptis quasi ab homine nullum sensum habente harum rerum aut æquandarum rationũ solis & lunæ, satis responsum est initio huius capitis. *Hæc sunt* ἀπροσδιόνυσα, *quæ quamquam admiramur, tamen causas eorum scire non parum nostrâ referre existimamus. Quærimus itaq;* (sed nictantes oculis vestris ne videatis, & quantum potestis offundentes nebulas aliorum oculis vt nec ipsi videãt,) *si in tribus primis, quæ sunt minores, quàm vna secunda, sex bisexta perimuntur, quid opus est in vnâ secundâ tria tantùm tolli?* Videlicet vti suprà quoq; innui, propter discrepãtes opiniones nec dum terminatam litem de anni magnitudine: vt siquidẽ hæc pluribus obseruationibus, & aliorum iudi-

ciis quibus ego mea libens ſubmitto, maior tandem definita fuerit, noſtræ maioris periodi; ſin minor, minoris; quod ſi mediæ, tertiæ ex illarũ vtrâq; compoſitæ vſus ſit. alioquin aliquis haud omnino deſtitutus ſenſu hominis quæ ſiuiſſet planè contrà quàm tu, quid opus eſſet proponere periodum maiorem quæ biſexta elideret & annum modularetur non aliâ proportione quàm minor? quia fruſtrâ idem fieret per plura & maiora quod fieri poſſet per pauciora & minora. *Ab ijſdem enim* (porro inquis) *carceribus ſi prima & ſecunda ſimul emiſſæ fuerint, primæ tres orbes prius confecerit, quàm ſecunda ad calcem peruenerit. Ter enim* 144 *ſunt* 432, *minora, quam* 448. *Et tamen in* 432 *duplo plura biſexta pereunt, quàm in* 448. *Hæc quoq; ſupra captum prophanorum ſunt.* Sed non ſupra captum hominum communi ſenſu præditorum nec inſanientiũ præ malitiâ. Tu verò deinceps etiam de tertiâ periodo noſtrâ eandem inſaniam teſtari quàm argumenti inopiâ omnino tacere maluiſti. ita enim pergis.

Idem de periodo tertiâ dixeris annorum 592, *quæ maior eſt, quàm quatuor prima, quæ ſunt anni* 576; *in quibus octo biſexta tolluntur, quum in* 592 *quinque tantum pereant. Rurſus in tribus periodis tertijs, nempe annis* 1776,

1776, *perennt bisexta* 15, *in quatuor sec. dis, hoc est* 1792, *qui numerus maior est, perimuntur* 12 *tantùm.*

Quo teneã vultus mutantem Protea nodo?

Quàm cupidè velles si non deteriorem aliquam, totâ hac disceptatione, at saltem ex inuentorum varietate (apud æquos iudices vt spero laudem adeptus) mutabilitatis & inconstantiæ notam mihi inurere? Ne hanc quidem potes. quum ego, velut etiam supra innui, tres periodos quarum deterrima cum tuâ tricorporitum periodo Iuliana tum etiam anno cœlesti in comparationem iure veniat, ita proposuerim, vt quæ tertio quæ secundo quæ primo dignitatis gradu iudicio meo habenda esset, tum aliàs tum etiam ipso proponendi ordine, præstantissimę explicatione coronidem tractatui meo imponens, neutiquàm obscurè significauerim. Deinde verò transitum ad alia parans Poetæ verbis inquis, *Sed tamen amoto quæramus seria ludo.* At sanè ipsum tempus cuius numerus subducendus nobis proponitur monet vt tandè aliquando ita faciamus. quæremus igitur alio capite.

Cap. X.

DEinde tanquam ætatis grauioris monitu abdicatis ludicris serò demùm ad seria appellens animum ita scribis. *Hæ periodi ab æquinoctio semper, & nouilunio incipiunt. Hoc propheta Merlinus sancit.* Hoccine igitur seriò scribis? At quæ fuit mei ingenii tarditas quòd supra disquirens quonam argumento me non modò prophetam sed etiam Merlinum illum prophetam aut certè illius εἰδωλον esse affirmares non intellexerim hìcprimũ me ita cognominari eo quod periodorum mearum epochas perinde ac annorum & mensium pariter atq; mundi initium æquinoctio simul & nouilunio statuerim? Scilicet hâc vertigine Marcus exit Dama. An verò dolet tibi quod iuxta meas rationes ita aptè & tempestiuè nouilunium cum æquinoctio ad initium mundi conueniat? an hoc inuidiam tanti viri promeruit, vt propterea tibi visum sit opus huiusmodi μυξολυχνειν ei affigendo ne animos lectorũ ad se alliceret? Pergis.

Quis harum rerum paulò intelligentior vllam periodum excogitari posse concesserit, in quâ Sol cum Lunâ paria faciat? Ratio in

promptu

promptu est. Esse quidem periodum solis & lunæ haud facilem excogitatu (quemadmodum pulchra & laude digna sunt plerunq; ardua & difficilia) multorum seculorum experientiam testatum fecisse ego significaui 6 c. tractatus mei: verùm non posse omnino excogitari quod tu non excogitaueris aut quod hactenus excogitatum non sit, rationem quam in promptu esse ait ipse videris nullam exprimere. *Ea* (inquis) *periodus omnium optima est, quæ & breuissima omnium, & nulla, si fieri potest, sin alter perpauca relinquit scrupula.* (Hoc sanè concedo.) *In rationibus Lunæ nulla est, præter Enneadecaeterida,* (hoc verò tibi incumbit probandum.) *quæ anno Iuliano minor est hor.* 1. 485, *Tropico maior hor.* 2. 75. (fortasse iuxta tuam anni tropici mensuram iusti maiorem. quæ nihilominus iuxta ipsam excrescunt quasi ad integrũ diem in duodecim enneadecaeteridibus qui sunt tantũ 228 anni.) *Quia igitur nulla minor, æque quæ pauciora scrupula reliqua habet, reperiri potest,* (nimirum infra ipsam, atque hoc idem dici potest de hendecaeteride, quod alioqui de enneadecaeteride æquè falsum est,) *ideo ea non solùm omnium optima est, sed nulla est præter eam:* (negatur consequentia:) *quia quæ præter eam excogitari*

possunt,

ſſent, ea non ſunt periodi. (Tautologica ac utilis ratio idem per idem probãs & quæ-ionem petens.) *Solaris vero periodus em-ium optima & minima eſt Tetracoſieteris Alphonſina, hoc eſt ea, quæ annorum eſt* 400, *t in Canonibus demonſtrauimus: niſi for-aſſe quis eam prætulerit, quæ eſt annorũ* 524. Certè vera demonſtratio non admiſiſſet equens illud *niſi.* ac non modò Albate-ius aliique ante Alfonſinos, ſed etiam Copernicus poſt eoſdem multiq; alii poſt Copernicum etiam hodie haud paulo mi-norem annum ſolarem ſtatuunt quàm Al-fonſini & Gregoriani & tu. Quod autem periodum enneadecaeteridem ad lunares rationes aſtringis: eoque nomine ipſam tanti facis vt dicas nullam eſſe præter ip-ſam: nec auctoris eius ſententiæ, nec lu-naris periodi naturæ ſatis cõſentanea pro-fers. Conſtat enim Metonem eius aucto-rem (à quo appellata eſt magnus annus Metonis) ipſam æquè ſolis ac lunæ ratio-nibus accommodaſſe: vnde etiam Aratus appellauit ἐννεακαιδεκαέτηριδα κύκλα φαεσὶν ἠελίοιο. Luna-ris autem periodus eruditæ antiquitati (nõ loquor de nominis eius abuſu, vt & cycli ſolaris ad ſignificandum cyclum dierum ſeptimanæ ac biſſextorum apud fæcem Computiſtarum de qua tu nimium hau-

ſiſti)

sisti) videtur habita esse quæ eandem æta-
tem lunæ ad eandem tempestatem non
modò anni solaris sed etiam diei ciuilis
reduceret. quod si enneadecaeteris non
satis exacte reducit medium nouilunium
ad eundem solis locum (vt paulò supe-
riùs significatum est): multo certe mi-
nus reducit ipsum ad idem tempus diei:
vtpote quæ paulo minus triente ab hoc
deficiat: ideoq; hactenus non modò icco-
sipentaeteride Nabonazari & triacontae-
teride Mahometanâ periodis non multo
maioribus atq; multo concinniores anno-
rum numeros referentibus, sed etiam mi-
noribus, hecc̃decaeteride, adeoq; tetrae-
teride vnum embolimũ mensem habent
atq; intra sesquiscrupulum sexagenariũ in-
tegros dies comprehendente, ne dicã hen-
decaeteride, fuerit deterior. neq; vero eius
tripla, ac multo minus quadrupla Calippi-
ca, neq; tredecupla Iudaica neq; sedecupla
Hipparchica, quibus duabus tu vsus es ad
compingendam periodũ Iulianã ac formã
anni cœlestis, ita propè cõprehendunt in-
tegros dies, vt mea multo minor vtrãque
harum, annorũ 144. Quum igitur ennea-
decaeteris neque sit periodus reditus lunæ
ad eundem quadrantẽ nedùm idem mo-
mentum diei, neq; ad eandem horã anni

quando-

quandoquidem duodecies repetita reuolutis annis haud amplius 228 etiam tuam anni solaris mensuram maiorem verâ excedat proximè integro die; atq; tu cum mathematicis Gregorianis aliam ab ea periodum solarem cóminiſci coacti ſitis, eāq; minimā 400 aut 524 annorū quæ viciſſim tantūmodò eundē ſolis locum ad eandem diei tempeſtatem reſtituat, alioquin autem illi veſtræ periodo lunari ſit aſymmetra; adeo vt deinde defatigaueritis vos in accommodandâ atque applicandâ alterâ alteri vtcunque nullâ proportione vel concinnitate: parúmne tuo ipſius iudicio publica commoda iuuerit qui ſaltem haud multò maiore annorum numero vnam nō mancam & imperfectam ſed integram lunarem adeoque vtriuſque luminaris periodū exhibuerit, in quâ ſcilicet ad eandē diei tempeſtatem ac fere idem momentum ſol cum lunâ paria faciat vel omnino vel abſque controuerſiâ ita propè vt per integrū mundi æuum nulla alicuius momenti æſtimanda differentia excreuerit? Pergis.

Quemadmodum autem nullum Παραλλαγὴν ἐναρμονιαν *eſſe poteſt, niſi quod ex vtriuſque ſiderū cyclis* (imò verò inquam ego cyclo non cyclis) *compoſitum eſt, cuiuſmodi periodus Paſchalis Dionyſiana annorum* 532, (ſui

quidem ipsius Dionysii & proximè præcedentium aliquot seculorum opinione, nostri verò, vt equidem spero, iudicio nostra saltem illa 592 annorum pauxillò maior Dionysianâ:) *sic etiam nulla periodus tropica excogitari potest, quæ vtrique sideri congruat, nisi quæ ex lunari Enneadecaeteride* (hoc, inquam rursus, ratione non tautologicâ vel synonymâ confirmandum tibi erat) *& cyclo Solis Tropico* (vtique Gregoriano & tuo annorum 400 scilicet) *composita fuerit: qui fient anni* 7600, (huí! an tua illa periodus lunaris breuitate suâ commendabilis in tantam longitudinem vllo pacto extendenda esset?) *in quâ quadringentæ enneadecaeterides erunt, Tropicæ verò quinquagesieteride* 19: *vt in periodo Dionysianâ* 28 *enneadecaeterides sunt,* 19 *autem cyclisolares. In hâc igitur immani periodo tropicâ annorum* 7600 57 *dies sunt* μεγέθους ἴσα *in anno Iuliano,* 33 *autem & amplius* ἐλλείψεως *in anno Tropico. Vt, verbi gratiâ, æquinoctium iniuit anno primo Mundi* 26 *Octobris. Vertente periodo annorum* 7600, *deprehendetur in* 30 *Augusti. Rursus nouilunium eodem anno primo Mundi iniuit secundâ Zygonos. Vertente periodo incidet in* 5 *Scorpionos. & tunc locus erit* ἀντιμεταθέσεως, *vt pro nouilunio Marchesuan sumatur nouilunium*

Tisri

Tisri in 5 Zygones. Quanto putas risu illi eruditi Græcorum Astronomi, qui, vti refert Geminus in Astronomicis Apparentiis, periodum solis & lunæ, seu vt tu appellas, vtrique sideri congruentem, definierunt eam quæ integros annos & integros menses & integros dies comprehenderet, excepissent eius nomine iactatam hanc quæ tot dies ὑστερήσεως siue moræ lunaris, ac plusquam integri mensis per singulos annos errorem ac labem, ideoque alterius pro altero ἀντικαθίστασιν, verbi gratiâ Tisri pro Marcheſuan, siue Hyperberetæi aut Boedromionis pro Dio aut Pyanepsione substitutionem admitteret? quam quidem definitionem si tu probè non dico intellexisses verùm attendisses: nunquam certè tibi satisfeciſſes vel *periodo Iulianâ cum Paschali methodo*, vel *formâ anni Cœlestis* è pluribus periodis nec cognati generis neque congruæ mensuræ, tanquam diuersorum filorum & colorum centonibus consarcinatâ: quarum neutra, quamlibet affabrè compacta, mensium ac dierum confusionem propter ὑπερβάσεις & ἀσυμμετρίας vitare potuerit. enimuerò apparet te sequiùs interpretatum esse illorum studium inuestigandi lunæ & solis periodum siue annum magnum, quandoquidem & in Opere de

Emendatione temporum & in Canonibus quoties mentio eius incidit, improbas illos quòd anni solaris magnitudinem è lunæ circuitibus demonstrare ac definire conati essent: quum ipsi non magis magnitudinẽ solaris anni è lunaribus quàm mensis lunaris è solaribus reuolutionibus definire instituerint, sed omni genere obseruationum communem vtriusque mensuram per integros dies siue reditum ad idem ciuilis diei momentum, quem annum magnum appellarunt, inuestigauerint. Pergis. *Præterea in periodo Tropicâ ciuili duo requiruntur: prius, vt numerus annorum sit quaternarius: alterum, vt bisexta cum anni componant numerum Septenarium. Sine his duabus conditionibus nulla est periodus ciuilis Tropica;* (scilicet solatis cum mensibus seu potius dodecatemoriis solaribus: verùm in anno naturali cum lunaribus mensibus per emboliſmos ad solares cardines accommodatis neutrius harum vllus vsus est:) *vt in Canonibus demonstratur. Hæ quidem conditiones sunt in periodo Dionysianæ annorum 7600, & lunæ rationes cum solaribus immutabili ordine conueniunt.* (conueniunt autem? nullo modo.) *sed quia propter immanem annorum numerum onerosior, quam commodior est, propterea eius vsum abdicandus.*

dicendus. nec verò minùs propter turbatã & inconcinnam dierum ac mensium rationem: perinde ac tua periodus Iuliana atque forma anni Cœlestis. Iam autem periodos meas nouo furore adoreris.

At tres periodi prophetica nullam harum trium conditionum habent, preter quaternarium numerum. (neque enim iis opus habent, eóq; feliciùs cum ipsis agitur.) *Nam anni primæ 144 cum bisextis 34 compositi, abiectis omnibus septenarijs, relinquunt ternarium. Secundæ anni quidem 448 sunt septenarij, sed bisexta 109 non sunt septenaria. Tertiæ anni 592 cum 143 bisextis compositi septenarium quidem numerum faciunt: sed vitiosa est, quòd quinque bisexta in 592 annis perimit, hoc est vnum in 118 $\frac{2}{5}$.* (hoc non vitium sed virtutem illius periodi nostræ esse, & in Epilogo tractatus mei ostensum est, & infra per Dei gratiam amplius demonstrabitur.) *Hæc quum vitiosissima sint,* (vel saltem sic habeantur iis qui inter virtutes & vitia distinguere nesciunt aut nolunt,) *longè vitiosius, intolerabilius, rationiq; & Lunæ inconuenientius, periodos Lunares ex aliquot Enneadecaeteridibus & partibus vnius Enneadecaeteridos constituere, cuiusmodi hæ tres prophetiæ periodi.* Imò verò quanto illud supra non solum vulgi sed etiam

tiam tuum ipsius tanti viri ac tam diu in his studiis versati captum est, tanto apud æquos rerũ æstimatores maiori laude gratiâque dignum. nam quod solito iamque satis superque trito *Propheticarum* Epitheto inuidiam atque odium iis conflare pergis, susque deque habeo. ego per Dei gratiam mihi conscius sum honestissimis sedulissimisque meis laboribus ac vigiliis excogitatas esse. etenimuerò quemadmodũ olim in vsus recepta est enneadecaeteris neglectâ post alias periodos octaeteride, & hecc ædecaeteride, eiusque decuplâ, postquàm deprehensum est nullam harum integros menses vel integros dies comprehendere vti refert Geminus cuius paulò superiùs mentionem feci: quid ni quandoquidem similia vitia in enneadecaeteride iamdudùm deprehensa sint, periodo hac & huius multiplis posthabitis deinceps alia anni magni ratio quæ obseruationibus magis conueniat ineunda fuerit? Pergis. *Prima enim ex septem enneadecaeteridibus constat, & præterea annis* 11 *enneadecaeteridos* 8: *secunda ex* 23 *enneadecaeteridibus & annis itidem* 11 *enneadecaeteridos* 24: *tertia ex* 31 *enneadecaeteridibus, & annis* 3 *enneadecaeteridos* 34 *inchoata.* (equidẽ hinc accensui 30 enneadecaeteridas & de-

hende-

hendecaeterides. licet autem res eadem esse videatur, ratio tamen haud parum diuersa est, vt infra suo loco declarabitur.) *quod quantam inscitiam harum rerum, quantum stuporem, quantam asinitatem* (hem! asinitatem?) *profiteatur, ex demonstratione patebit.* Ecce verò iam denuò.

144 *annis continentur, vt diximus, enneadecaeterides 7, anni* 11. *In 7 enneadecaeteridibus excessus Lunæ supra Solem est, D.* 0. 14. 52 5. *in annis* 11. *excessus Solis supra Lunam, D.* 1. 12. 11 2. *Minore excessu de maiore deducto, relinquitur excessus Solis supra Lunam, D.* 0. 21. 667, *qui semper, vt progressio docet, crescet in infinitum: adeo vt in decem periodis nouem ferè dies neomenia aquinoctij* (id est æquinoctium affectatâ periphrasi) *nouilunium moretur.* Ita quidem habuerit res iuxta tuam hypothesin de solaris anni magnitudine: verùm iuxta nostram hâc periodo institutam, cuius rationes tu nondum confutasti, longè aliter se res habet. adeoq; vniuersa ista tua deinceps ostentata demonstrationum pompa nihil aliud est quàm fallax petitio quæstionis de modo anni solaris, dum nostras periodos omnino tuâ illâ, perimente tria bisexta in 400 annis Iulianis, metiris. Sed Metiri se quẽque suo modulo, ac pede verum est. Sanè

periodo nostrâ 144 annorum totidem annis Iulianis duo bisexti detrahente consurgit iuxta Ptolemaicam mensis lunaris mẽsuram excessus solis supra lunam per vnam hendecaeteridem, 1d. 10h. 512 momenta Iudaica: vicissim verò excessus lunæ supra solem per septem enneadecaeterides, 1d. 10h. 205m. qui deductus de præcedente maiore relinquit tantùm 307 momenta, quibus scilicet integra hæc periodus excedit tot menses Ptolemaicos quot ipsa omnino comprehendit; vt supra &c. & in tractatu nostro scripsimus. Pergis. *Decemperiodi prima, hoc est anni* 1440, *sunt cycli enneadecaeterici* 75, *& anni præterea* 15 *de cyclo* 76 *inchoato. Excessus Lunæ supra Solem in* 75 *cyclis*, D.6.17.225. *Excessus Solis supra Lunã in* 15 *annis vnius enneadecaeteridis*, D.15.11.415. *Deducto minore de maiore, manet excessus Solis supra Lunam*, D.8.18.190 *hoc est dies nouem ferè*. Imò iuxta eandem periodum nostram consurgit excessus solis supra lunam per 15 annos, 15d. 9h. 175m. vicissim verò excessus lunæ supra solem per 75 enneadecaeterides, 15d. 6h. 345m. qui deductus de præcedente maiore relinquit tantùm 2h. 910m. quibus scilicet decem periodi eiusdemmodi excedit tot menses Ptolemaicos quot ipsæ vniuer-

se comprehendunt. Pergis. *Pone nouilunium in* 8 *Aprilis, anno primo periodi Iuliana,* (id est plusquam septingentis annis ante initium mundi iuxta tuas ipsius rationes,) *feriâ secundâ, Cyclo Lunæ primo.* Ponatur itaq; quoniam tibi libet: etsi nulla succurrit ratio cur ponatur illo seculo vel potius tamdiu ante omnia secula. procul dubio tunc nulla erat Semiramis cuius gratiâ cardo vernus ibi statueretur: licèt fortasse antiquior aliqua tuarum Dynastiarum Babylonicarum aut Ægyptiacarũ iam tunc extiterit. pergis. *Finge ibi æquinoctium fuisse.* (fingatur sane: quod iuxta tuum ipsius annum solarẽ 20 diebus posterius esset.) *Post annos* 1440 *æquinoctium fuerit in* 28 *Martij, feriâ* 6: (scilicet iuxta vestram periodum solarem annorum 400, sed iuxta hanc nostram 144 annorum peremptis 20 bisextis Iulianis per 10 circuitus fuerit in 19 Martii:) *nouilunium in* 19 *Martij.* (ibidem videlicet vbi æquinoctium eiusdem periodi nostræ,) *feriâ* 4, *cyclo Lunari* 16. *Interuallum dies* 9, (imò ne vnus quidem nec momentum vnius,) *qui excurrunt in* 1440 *annis ex Solis excessu supra lunam, quæ tot diebus Solem antecedet. Hoc est* 9 *diebus nouilunium primum anni erit ante nouemeniam ipsius anni,* (id est ante cardinem æquinoctialem

ctialem perinde affectatâ ἀνωμαλίᾳ.) *In modico interuallo annorum ea labes facta fuerit, &, quo maius annorum interuallum, eo maior erit.* (aut tu nimiùm falleris, aut quod peius est, fallere conaris. Iam verò erumpit amentia.) *Neq; hoc solum vitium interueniet. Nam in* 1440 *annis Luna ante vertet neomeniam anni diebus* 9, *vt demonstratum est: in* 2880 *autem annis, quod planè propheco acumine dignum, neomenia anni antevertet nouilunium diebus vndecim. In* 2880 *annis consurgunt cycli* 151, *anni* 11. *Excessu Solis supra Lunam in annis* 11, *D.* 1.12.112 *deductus de excessu Lunæ supra Solem in cyclis* 151, *nempe D.* 13.0.525, *relinquit excessum Lunæ supra Solem, D.* 11.12.413. *Esto rursus nouilunium* 8 *Aprilis anno primo periodi Iulianæ, sibiq; fingamus æquinoctium fuisse. Post annos* 2880 *erit* 28 *Martij, feriâ* 7, *cyclo Lunæ* 12, *Solis* 25. *æquinoctium verò* 17 *Martij, feriâ* 3. *Interuallum, dies* 11, *vt demonstratum est. In priore exemplo* ἀριθμητὸς συλλαβικὸν *est dierum* 9, *in hoc contrarius motus* ὑπεναντίως συλλαβικὸν *dierum* 11. *Itaq; celeritas & mora idem sunt prophetis, profanis verò contraria.* Quid ego ad hæc tibi dicam Iosephe Scaliger? an illud Poetæ, O tribus Anticyris dignum caput? an verò non tam capitis quàm stomachi vel certè

animi

animi vitio in his laborasti? Illud quidem te latêre vel non potuit vel nõ debuit quum huiusmodi periodum reprehendere institueres, ipsam quotiescunq; repetita fuerit differre embolismũ enneadecaetericum vno anno, ideoq; anticipare vnũ annũ enneadecaeteridis integro mense lunari: ac proinde vicesimâ vice repetitã omnino antecedere singulos eiusdem annos itidem mense integro. Itaq; iuxta eandem periodum nostram consurgit excessus solis supra lunam per vnam hendecaeteridem, vt suprà dictum, $1^{d.}\ 10^{h.}\ 512^{m.}$ vicissim verò excessus lunæ supra solem per 151 enneadecaeterides, $30^{d.}\ 17^{h.}\ 565^{m.}$ a quo deductâ integri mensis lunaris anticipati mẽsurâ $29^{d.}\ 12^{h.}\ 793^{m.}$ reliquus excessus $1^{d.}\ 4^{h.}\ 852^{m.}$ itidem deductus de præcedente hendecaeteridis maiore relinquit tantùm $5^{h.}\ 740^{m.}$ quibus scilicet eiusdemmodi viginti periodi nostræ excedunt tot menses Ptolemaicos quot ipsæ vniuersæ comprehendunt. Quocirca si rursus ponantur æquinoctium & nouilunium pariter 8 Aprilis: post annos 2880 peremptis per 20 periodos huiusmodi 40 bisextis Iulianis æquinoctium simul cum nouilunio anticipato conueniet in 28 diem Februarii bissextilis: hoc quidem integri mensis lunaris,

ris, illud autem dierum 18 intervallo ante præfinitos à te limites. Satin' manifestus iam iterum teneris vel miserrimæ halucinationis vel malitiosissimæ cotruptelæ, (vtram harum mauis accipe,) dum caput huius periodi nostræ 144 annorum in priore exemplo 9 diebus anteuertisse, in posteriore diebus 11 secutum esse vernum æquinoctium, siue neomeniam anni vt tibi ambiguè isthic appellare placet; ideoq; motus contrarios προήγησιν & ὑστέρησιν συλλαμβάνων, celeritatem & moram idem esse nobis, scilicet prophetis, atq; adeo nostræ *inscitiæ* (nimirùm *prodigiosæ,*) *stupori, asinitati* deniq; insolentissimè obiicis? Deinde autem periodum nostram 448 annorum eodem modo aggrederis.

In secundâ periodo annorum 448, *excessus Solis supra Lunam in annis* 11, *D.* 1. 12, 112 *deductus de excessu Lunæ supra Solem in cyclis* 23, *D.* 1. 23. 445, *relinquit excessum Lunæ supra Solem D.* 0. 11. 333. *Et hic quoq; Luna excedit Solem. in vnâ periodo primâ Sol Lunam excedebat. Mira fertilitas ingenij prophetici.* Hui! iamne denuò fertilitas quæ nuperrimè stupor & asinitas? Nimirùm periodo nostrâ annorum 448 tollente tantummodò tria bisexta de totidem annis Iulianis consurgit item iuxta Ptolemaicam

maicam mensis mensuram excessus solis supra lunam per vnam hendecaeteridem, $1^{d.}\,12^{h.}\,40\,2\frac{5}{7}{}^{m.}$ vicissim verò excessus lunæ supra solem per 23 enneadecaeterides, $1^{d.}\,12^{h.}\,975\frac{5}{7}{}^{m.}$ à quo deductus præcedens minor relinquit tãtùm 573 momenta, quibus scilicet integram hanc periodũ nostram excedunt tot menses Ptolemaici quot ipsa omnino comprehendit: quandoquidem hâc periodo, vt etiam tertiâ nostrâ, contrà quàm priore, menses lunares perinde ac Hipparchicâ aliquanto minores Ptolemaicâ mensurâ definiantur. Pergis. *In decem eiusmodi periodis, hoc est annis* 4480, *colliguntur cycli Lunares* 235, *quibus congruunt excessus Lunæ supra Solem*, D. 20. 6. 245. *item anni* 15, *in quibus excessus Solis supra Lunam est* D. 15. 11. 415. *Deducto minore de maiore, remanet excessus Lunæ supra Solem*, D. 4. 18. 1010. *Itaque Lunam anteueniet neomenia anni diebus solidis* 4. *Esto rursus nouilunium* 8 *Aprilis anno primo periodi Iulianæ. Finge, vt suprà, æquinoctium ibi fuisse. Anno* 4481, *æquinoctium ascenderit in* 5 *Martij, feriâ* 3. *nouilunium* 9 *Martij, feriâ* 7, *Cyclo Solis primo, Lunæ* 16. *Vbi vides manifesto Lunam posteriorem neomeniâ anni diebus quatuor, contrà ac in primâ periodo, in quâ Luna erat*

prior. Verùm nostro calculo iuxta hanc periodum consurgit excessus solis supra lunam per 15 annos, $15^{d}\cdot 11^{h}\cdot 811\frac{3}{7}{}^{m}\cdot$ vicissim verò excessus lunæ supra solem per 235 enneadecaeterides, $15^{d}\cdot 17^{h}\cdot 61\frac{3}{7}{}^{m}\cdot$ à quo item deductus præcedens minor relinquit tantùm $5^{h}\cdot 330^{m}\cdot$ quibus scilicet 10 periodos eiusdemmodi excedunt tot menses Ptolemaici quot ipsæ vniuersæ comprehendunt. Quocirca si ponantur rursus æquinoctium ac nouilunium pariter 8 Aprilis: post 4480 annos peremptis per 10 periodos huiusmodi 30 bisextis Iulianis æquinoctium simul cum nouilunio conueniet in 9 Martii, nempe quatriduo post tũ æquinoctium. à nobis autem posthabita fuit hæc periodus minori 144 annorũ præcipuè ob eam causam quod tanto tardiùs quam illa, licet multo celeriùs quàm Hipparchica, bisexta Iuliana tollat. Demùm verò tertiam periodum nostram oppugnas eodem sophismate.

Tertiæ periodi colliguntur cycli Enneadecaeterici 31, *anni* 3. *Excessus Lunæ supra Solem in* 31 *cyclis*, *D*. 2. 12. 165, *deductus de excessu Solis supra Lunam annorum* 3, *D*. 13. 2. 299, *relinquit excessum Solis supra Lunam*, *D*. 0. 14. 134. Ad idem sophisma quadrat eiusdemmodi responsio. Tertiò nostrã

strâ periodo 592 annorũ deducente quinque biſexta totidem annis Iulianis conſurgit itidem iuxta menſis menſuram Ptolemaicam exceſſus ſolis ſupra lunam per tres annos, $3^{d.}\ 2^{h.}\ 242\frac{9}{37}{}^{m.}$ viciſſim verò exceſſus lunæ ſupra ſolem per 31 enneadecaeterides, $3^{d.}\ 2^{h.}\ 508\frac{9}{37}{}^{m.}$ à quo itidem deductus præcedens minor relinquit tantummodò 266 momenta, quibus ſcilicet integram hanc periodum quoque excedunt tot menſes Ptolemaici quot ipſa omnino comprehendit. quod ſi Coperniceam ac Prurênicam menſis menſuram adhibuiſſemus, periodus hæc contrà pauxillo exceſſiſſet menſes. Pergis. *In decem periodis colliguntur cycli* 311, *anni* 11. *Exceſſus Solis ſupra Lunam annorum* 11, *D.* 1. 12. 112 *deductus de exceſſu Lunæ ſupra Solem in cyclis* 311, *D.* 26. 6. 840 *relinquit exceſſum Lunæ ſupra Solem*, *D.* 25. 6. 803. *Mirum verò prophetiæ ſolertiæ* θαυμάσιον, *vt in primâ periodo Sol Lunam, in ſecundâ Solem Luna excedat. Ergo poſt* 5920 *annos abſolutos nouilunium incidet in* 26 *Krionos, quũ tamen à neomeniâ Krionos inire debuerit. Conſtituatur, vt in ſuperioribus exemplis, nouilunium in* 8 *Aprilis, anno primo periodi Iulianæ: &, vt antea, ibi eſto æquinoctium. Poſt* 5920 *annos, neomenia Krionos incidet*

in

in 23 Februarij, feriâ 7, cyclo Solis 13. nouilunium autem in 19 Martij, feriâ 4, Cyclo Lunæ 12. Si 23 Februarij est neomenia Krionos, ergo 19 Martij erit 26 Krionos. Est enim annus bissextilis. En deuinitatem prophetiæ periodi, quæ æternum fœdus neomeniæ Krionos (cuius autem? an tuæ?) *cum nouilunio fore promittebat, nunc 25 dies solidos nouilunium à neomeniâ Krionos reijcit!* An non erat satis illustrissime Scaliger in hoc demonstrandi calore siue furore tantam insaniam quantam paulo superiùs redargui semel insaniuisse, quin ad eandem tanquam canis ad vomitum vel maiorem mox redires? An non tuum erat, quum periodorum mearum confutationem aggredereris, animaduertisse, aut, siquidem animaduerteras, agnouisse, quèadmodum vtraque prior comprehendens vnam hendecaeteridem supra integras enneadecaeterides, vicesimâ, ita tertiam hanc cui ego hendecaeterides duas supra enneadecaeterides triginta attribui, ita vt quoad emboliſmorum rationem duabus partibus constaret alterutrâ annorum 296, decimâ vice repetitam anticipare singulos enneadecaeteridis annos integro mẽse lunari? quod nimirum ideo fit quia & illæ & vtraque huius pars quoties repetantur, en-

neadecaete-

neadecaeteridis emboliſmum differentes ac integrum menſem lunarem anticipantes vno anno, ab alio atque alio perpetuâ vndenarii numeri additione ineant, donec repetitæ vice viceſimâ dilato emboliſmo atque anticipato menſe per ſingulos annos eiuſdem denuò eódem quo primùm incipiant. velut ex adiecto diagrammate apparet: cuius prior numerorum ordo habet annos enneadecaeteridis; poſterior initia periodorum noſtrarum, duarum quidem priorum totarum, tertiæ autem ambarum partium ita vt prioris partis ac totius ipſius initia numeris tantùm imparibus accipienda ſint. Itaq; iuxta tertiam periodum noſtrã conſurgit exceſſus ſolis ſupra lunam per vnam hendecaeteridem, $1^{d}.\ 11^{h}.\ 98\frac{33}{37}{}^{m}.$ viciſſim verò exceſſus lunæ ſupra ſolem per 211 enneadecaeterides, $31^{d}.\ 3^{h}.\ 116\frac{33}{37}{}^{m}.$ à quo deducta integri

I.	1.
II.	8.
III.	15.
IV.	3.
V.	10.
VI.	17.
VII.	5.
VIII.	12.
IX.	19.
X.	7.
XI.	14.
XII.	2.
XIII.	9.
XIV.	16.
XV.	4.
XVI.	11.
XVII.	18.
XVIII.	6.
XIX.	13.

mensis lunatis anticipati mensurâ $29^{d}\cdot 12^{h}\cdot 793^{m}$ · à reliquo excessu $1^{d}\cdot 14^{h}\cdot 403\frac{11}{17}{}^{m}$ · deductus præcedens hendecaeteridis minor relinquit tantùm $2^{h}\cdot 500^{m}$ · quibus scilicet decem periodos huiusmodi excedunt tot menses Ptolemaici quot ipsæ veniuersæ comprehendunt. Quocirca si constituantur vt in prioribus exemplis æquinoctium & nouilunium pariter 8 Aprilis, post annos 5920 peremptis per 10 periodos eiusdemmodi 50 bisextis Iulianis æquinoctium simul cum anticipato nouilunio conueniet in 18 Februarii bissextilis, hoc quidem perinde integri mensis lunaris anticipati illud autem tantùm 5 dierum interuallo ante præfixos à te limites. vtrũq; inquam æquè primum anni nouilunium ac vernum æquinoctium hâc nostrâ periodo definitum, tantâ annorum intercapedine, pariter quinque tantummodò diebus anteuertit tuum æquinoctium, modò neomeniam Crionos à te appellatam ac totidem diebus sequentem ipsum medium nouilunium. Nunquid adhuc vides, aut verò ab initio antequàm ista in lucem ederes iam tum satis vidisti, quàm flagitiosum vitium quàm indignam labem quàm abominandam corruptelam meis hisce (dicam astante inuidiâ, nec obstante sed magis attestante

testante hâc tuâ in eas effusâ sophismatum sentinâ) laude dignis rationibus immeritissimè intuleris aut saltem inferre volueris? At vbi tandem est illa superiùs promissa *demonstratio recessus neomeniarũ anni vestri à nouilunio vsque ad* 10, 15, 20, 24 *diem mensis lunaris ciuilis*? an ob eam demùm causam in istis demonstrationum vmbris vernum æquinoctium ambiguè appellasti *neomeniam æquinoctij, neomeniam anni, neomeniam Crionos*; vt lectores minùs attenti, examinis molestiæ supersedentes tuæque auctoritati acquiescentes (quales nimirùm omnes huius saltem partis Prolegomenorum tuorum me misero calumniis tuis obruto & oppresso futuros speraſſe videris) neomeniam propriè dictam nempe lunarem dici existimarent? an hæ sunt artes vel partes non dico viri nobilis & literati sed liberalis & ingenui hominis? Pergis autem eidem præstantissimæ periodo inuidiam conflare.

Et tamen, quia ex prioribus duabus composita est, propheta valdè de eâ triumphat, adeo vt eâ se iugulum Clauio petere glorietur. Equidem nec triumphaui (vt tuus est mos, velut istîc ante victoriam,) nec vt spero supra meritum vel præter decorum de eâ lætatus sum: nec vero eâ iugulum cui-

quàm petii: verùm ne forte tu hâc ratione te eâ defunctum arbitreris, ipsam non modò anno Pontificio sed etiam si placet tuo Cœlesti Iudaicis mensibus lunaribus instructo opposui. Pergis. *Cui cumulus accessit pulcherrimus mensium Lunarium dispositus, sex plenorum continuorum, & totidem cauorum. Adeo alternationes plenorum, & cauorum mensium auersatur. Vt verum sit, quod diximus, enim alternationem mensium putasse commentum nostrum esse, vt ne nunc quidem in illâ præclarâ periodo probare possit.* Non sequitur, quoniam ego alium aut alios mẽsium dispositus huic prætuli, ideo me existimasse hunc cõmentum tuum esse. Atque nullus dubito quin rectis iudiciis ille plenorum & cauorum mensium in duas continuas classes dispositus (cuius occasionem perinde historiam sacram de sex prioribus professus sum) reuerà visus fuerit quod scopticè tibi dicitur pulcherrimus: siue ipsa æqualitas continuatior & vsibus ciuilibus accommodatior non refragante lunari inæqualitate exigui momenti in senis mensibus, siue mora solis vel vera vel tantùm apparens in semestri æstiuo quàm hyberno diuturnior spectetur. Pergis. *In quâ modus anni est dierum* 354 (communiter quidem & ordinariè, vt pote

astronomico

astronomico calculo subductâ: iuxta eam rationem quam etiàm 8 c. tractatus mei ad imum 81 paginæ innueram. Vbi verò ego simpliciter & absolutè aio id quod proximè iam subiicis? *) At veterum Israelitarum ait fuisse 355, eamque omnium optimam anni formam esse.* (Vbi inquam? quod eo arrepto deinceps cornutâ quæstionem moues.) *Quæro, si illa optima, quare non eandem præscribit Clauio?* (atque quare non etiam Scaligero?) *sin autem, quare Hebræos veteres, quorum optimam anni formam fuisse ait, hac posteriore vsos fuisse non vult?* (Non vult?) *Certe Polypus non toties mutat colorem, vt ista periodi, atque ha annorum facies. In periodis nunc Luna aduenit Solem, nunc Sol Lunam: in annorũ formis nunc menses omnes sunt pleni, præter vnum miserum capite & minutum, nunc seni continui pleni totidem caui.* Nempe in duarum periodorum explicatione duos modos dispositionis mensium ac dierum exhibui, ita vt alterum modum alteri periodo conuenientiorem esse censuerim. an propterea rursus saltem mutabilitatis & inconstantiæ nota (à te scilicet nusquam pugnantia & asystata nedum diuersa in Opere de emendatione temporum & Canonibus

tuis tradente, vel dubia permittente iudiciis lectorum vt duorum aut trium propositorum quod ipsi magis probarent sequerentur) mihi inurenda fuit? At ego quum duas rationes mensiũ anni Israelitici proposuissem 4 c. tractatus mei, ac 32 pag. disertis verbis exposuissem causam cur illam omnium mensium tricenariorum præter vnum communiter dierum duntaxat 25, præferrem alteri tribuenti quinque vel sex posterioribus anni mensibus vndetricenos dies; nempe sacram historiam duodenorum præfectorum regum Israeliticorum Dauidis & Salomonis in omnes menses anni, ex interpretatione communi: in Epilogo demùm haud alitèr admisi posteriorem rationem quàm assignatâ aliâ interpretatione eiusdem historiæ. Fortasse verò quod scribitur 27 c. 1 l. Chronicorum de prefectis Dauidis constitutis primo in primum anni mensem, secundo in secundum, tertio in tertium, &c. intelligendum fuerit tantùm de primâ institutione: ita vt tertio inde anno definente primus successerit in decimumtertium integrum mensem embolimum, proximoque in duodecimum, ac post secundum emboliſmum in vndecimum mensem, post tertium in decimũ,

atque

atque post duodecimum emboliſmum revolutis 33 annis iterum in primum: eadéq; ratio fuerit duodecim ſitarchoiũ Salomonis, ferè iuxta tuam ſententiam in Canonibus: quum etiam vicenæ & quaternæ ſacerdotum ac muſicorum claſſes à Dauide ordinatæ in totidem ſeptimanas dierum neutiquam redierint in vices quotannis primâ ſeptimanâ anni aut ad primam ſeptimanam inſtitutionis; ſiue à traductâ arcâ ab ipſo Dauide Sionem, ſiue ab encæniis templi Salomonici primùm inſtitutæ ſint. Cæterùm quod iſtîc refricuiſti de lunâ modò ſolem, modò ſole lunam anteveniente in periodis meis: iam à me oſtenſum eſt hoc perinde vanum ac malitioſum eſſe; atque ſuprà 3 c. epiphonema illud, quo demùm hunc demonſtrationum faſcem dignum ſanè qui Vulcano dedicetur concludis, ſcilicet: *Tantæ molis erat* FREQVENTES CONTROVERSIAS *prophetæ* CVM SCALIGERO INCIDERE: *tanti momenti* SCALIGERI RATIONES MINVS PROBABILES, *hoc eſt* INEPTAS, *confutare.*

Cap. XI.

Ed & alia (inquis) *prophetica sunt, quæ præterire, est lectoribus integram illam voluptatem invidere, cuius iam gustum illis dedimus.* Igitur idem tibi propositum videtur hîc præstare lectoribus tuis; quod histrionibus & thymelicis nostratibus, quorum initio huius confutationis mentionem fecisti, suis spectatoribus. sed caue ne occinatur tibi illud Poetæ, Qui me deridet caudam trahit: & quod alius dixit de risu, idem tibi dicatur de huiusmodi irrisione & cauillatione, Cauillo inepto res ineptior nulla est. Pergis. *Superest igitur epocha, & parapegma temporis, vnde harum diuinarum periodorum initium deducendum, æquinoctium simul, & nouilunium:* Vt, *inquit,* ANNVS MVNDI PRIMVS AB AEQVINOCTIO ET NOVILVNIO PARITER INCIPERET. *pag. 75. Nouilunium vero illud annis 5608 ante annum Christi 1605 incidisse in 29 Mai, feriâ primâ. quod concedimus. Quia verò modum mẽsis lunaris meliorem Hipparcheo, & Ptolemaico se excogitasse dicit:* (vbi autem de modo

modò mensis lunaris definito periodo minore quâ de ibi agitur, hoc dico 8) *nihil enim tam perfectum, quod perfectius à propheta fieri non possit: propterea nouilunium illud retrogit in 28 Mai sabbatum, in quo Deus Opt. max. ab opere sex cessarit. Itaq; vt à feriâ prima in sabbatum nouilunia retrogeretur, ideo in definitione mensis Lunaris Hipparchus & Ptolemæus nugas egerunt.* En iterum nimis inuidiosam & ineiuilem calumniam. Quum ego scripsissem sub finem 6 c. 70 pag. nostram periodum 144 annorum propius Hipparchicâ annorum 304 assequêtem lunares rationes Ptolemaicas, excedere ipsas vix 14 horis in 7056 annis quos ætas mundi neutiquam completura videretur; sequente autem 7 c. 73 p. scripsissem medium nouilunium calculo Iudaico & Ptolemaico ad nostram mundi conditi epocham contigisse paulo minus tribus horis ante mediam noctem quæ præcesserit 29 diem Mali, septimanæ primum: istic addidi me id ob assumptam mẽsuram mensis Iudaicâ & Ptolemaicâ aliquanto longiorem hâc periodo referre ad meridiem præcedentem, nempe 7ᵈ septimanæ. Horum autem verborum, si vis intelligere, sententia hæc est. quum de locis siue temporibus mediorum nouiluniorum constare

re videretur maximè à Ptolemæi, aut Christi Domini in terris versantis, aut summùm Hipparchi seculo ad nostrum; nostra autem hæc periodus statueret æquales menses receptis astronomicis paulò maiores, sicut Hipparchica minores: vt initia annorum eius quàm minimùm discreparent à mediis nouiluniis astronomicis toto hoc temporis interuallo, eius methodus accõmodanda erat ipsius interualli quasi medio; ita vt annorum periodi initia astronomicorum nouiluniorum mediorum situs è methodi hypothesi ipsis attributos, ad Christi Domini aut Hipparchi seculum anticiparent, ad nostrum verò morarentur propè paribus interuallis. porro eiusdem interualli totius medium accidit circa septingentesimum annum euangelii nempe ante proximas septem vel octo periodos huiusmodi, vt supra 8 c. innui: post quod seculum claruit Albatenius astronomus, & aliquanto postea institutus videtur ex parte ipse Iudaicus calculus. atque ad idem tempus transactæ fuerint à nostrâ conditi mundi epochá circiter 32 periodi nostræ minores, quibus euenit mediorum nouiluniorum astronomicorũ anticipatio paulo plus nouem horis: quâ proinde rectissimo iudicio iuxta huiusmodi periodũ primum

mum nostrum nouilunium à nona amplius horâ post meridiem ad ipsum præcedentem meridiem refertur. Pergis. *Quia verò Sabbato Deus requieuit, ideo æquinoctium fuit die antecedente, feriâ 6.* ITAQVE AEQVINOCTIVM *(verba prophetica. Fauete linguis.)* CONTIGERIT PROXIME PRAECEDENTE DIE EIVSDEM SEPTIMANAE SEXTO. *Quod Deus requieuerit die Sabbati, propterea necesse fuisse æquinoctium die antecedente cõtingere, idq; omnibus Theologis ignoratum est, ideo pluris est vnus propheta, quàm quantum tam veterum, quàm recentiorum Theologorum est.* Solitũ obtines. Puerile vtique sophisma. paginâ præter vnam proximè antecedente scripseram æquinoctium quod nostro seculo cõtingeret 10 die Martii, ad nostram conditi mundi epocham iuxta modum anni hâc periodo definitum conuenire 27 diei Maii. istîc autem vbi retulissem primum nouilunium eiusdẽ periodi ad meridiem 28 diei Maii, subieci; Itaq; (non ideo aut propterea quia Deus sabbato requieuit) æquinoctium contigerit proximè præcedente die, eiusdem septimanæ sexto &c. O quantam iniuriam non mihi modò sed & lectoribus vtriusq; nostrùm facis dum talibus nos detines? Perdere nunquid in his compellimur

mur otia curis? sed tu pergis. *Sed si nouilunium ciuile fuit in 29 Maij, vt reuera fuit, aequinoctium verò 27, id contigerit tertiâ Krionos. Atqui hæ periodi prophetica non aliâ de causâ instituta, quàm vt* NOVILVNIVM PARITER CVM AEQVINOCTIO INCIPERET, *hoc est cum neomeniâ Krionos, vt suprà ex verbis edicti prophetici intelleximus.* Ad hanc obiectiunculam abundè respõsum est eodem capite & quidem proximè sequente pagina: scilicet aliud esse aequinoctium astronomicum momẽtã temporis, aliud ciuile minimùm integrâ dierũ septimanâ nempe dimidiâ vtrinq; eiusdem momenti definitum. Iam tandem videlicet ad grauiora pergis.

Esto, aequinoctium fuit 27 Maij, vt placet prophetis. Sed et neomenia Krionos eodem anno contigit 23 Aprilis, feriâ septimâ, anno periodi Iulianæ 710. Secundum hæc, propheticum aequinoctium contigerit 4 Taurones. Nimirum iuxta tuam non illam quidem visitatiorem & anno tuo cœlesti accommodatam periodum annorum 400, sed maiorem paulo minus mendosam 524, nihilominus tamen ipsam quoq; nostris duabus non modo in dubium vocatam sed etiam confutatam. atq; istic discere tibi licet aliud esse quartum gradum dodecatemorii

Tauri,

Tauri, aliud quartum diem Tauronos mensis tui. noſtrum enim vernum æquinoctiũ definitũ æquatione diei cum nocte ſtatuitur initio dodecatemorii Arietis vtrâuis periodo noſtrâ perinde ac tuarum vtrâq; ac paribus interuallis conſuetos titulos tepidi temporis & prænuncios veris atq; Fauoniorum afflatus conſecutum fuerit; quâuis in quartum aut quintum diem Tauronos, & 35 aut 36 à neomeniâ Krionos tui incidat. vt ſanè te pudere debeat ſequentis tuæ ἀδολεσχίας (quomodo Ariſtoteles ſophiſticam petitionem quæſtionis, nimis tibi familiarem in totâ hâc confutatione, appellat) adeo immodicæ adeoq; nec mathematico nec viro dignæ, vt equidem dubitarim an eam chartâ & atramento meo dignarer, neq; verò dignatus eſſem niſi mihi ſtandum ſuperiori promiſſo cenſuiſſem. *Nunc* (inquis) *vix tandem animaduerto, quàm nos prophanos falli neceſſe ſit, qui æquinoctium ſemper in primâ parte Dodecatemorij Arietis ponimus, quum ex edicto propheticeo, illud ſtatuendum ſit in quartâ parte Tauri. Deum Opt. Max. Quàm cæcis hominũ in vitâ mentibus errant? qui rem tam præclaram ignorarunt, æquinoctium in 4 aut 5 parte Dodecatemorij Tauri cõſici. Quæ fuit illa infelicitas noſtra, quæ fati inuidia, vt tamdiu*

in

in tanta errore hæreremus, neq; vllum ex tot millibus astrologorum extitisse, cui hæc absurditas oboluerit. Sine dubio Solem aut dormitorem, aut planum & impostorem fuisse oportet, qui quum primam partem Dodecatemorij Arietis tetigit, tantum internalli designat ab ortu ad occasum, quantum ab occasu ad ortum. Itaq; miseri mortales hinc decepti æquationem noctis cum die æquinoctium vocauerunt: atq; adeo nunc imperita astrologorũ natio ab eadem stulta sententia discedere non potest. SED NVNC ANGLVS HOMO MORTALES TOLLERE CONTRA EST OCVLOS AVSVS, PRIMVSQVE OBSISTERE CONTRA: *qui primus omnium nos docuit æquinoctium triginta sex diebus statim ab ipso Solis in primam partem Arietis ingressu confieri. Magna sanè illi gratia.* (Ohe! iam satis est (ohe!) nugarum.) *Vnus tamen scrupulus restat,* (Nec adhuc finitus Orestes?) *quomodo illi cum Ciconijs, & hirundinibus conueniet, quarum hæ tituli tepidi temporis, altera præuncia veris à Poetis vocantur. Si eas huius edicti propheticus odor afflauerit, verendum, ne vadimonium differant, & triginta sex diebus anniuersarios ad nos reditus morentur. Dij meliora! Bono animo estote omnes Ciconiæ, & Hirundines, & reliquæ Danaïdes.* Semper ego auditor tantùm?

tantùm? nunquamne reponam? sed meminerim me nec Satyricũ esse nec de grege histrionum. ac iamdudum plus satis tẽporis in nugis perditum. quod tu quidem poteras non perdidisse. putasne verò tu etiam temporis seram esse parsimoniam in fundo? ἀ γέγωθ' ἑῷ; Pergis. *Eodem enim anno mundi prophetico aequinoctiũ quod fuit in 27 Aprilis, idque eâ conditione, si utendum sit periodo tertiâ annorum 592. Verba prophetica pag. 330.* CONVENIT AVTEM PRIMVM VERNVM AEQVINOCTIVM HVIVS PERIODI IVXTA OBSERVATIONES ASTRONOMORVM ILLORVM, AD INITIVM MVNDI A NOBIS RESTITVTVM (*restituit mundi initiũ. plus debemus illi quàm Mosi.* (O bone, benè coniuncta malè diuidis & peius interpretaris! dixi restitutum tot abhinc annis, id est refixũ ad annos plus minus 60 quibus tu & alii ipsum differentes contra mẽtem Mosis seriùs statuitis. an verò in scenâ ille Pseudolus Plautinus aut Tarteltônus nostras callidius cauillum captauisset?) 5608 ABHINC ANNIS, VERNO MENSE (vno mense, scilicet lunari) ANTE EPOCHAM PERIODI ANNORVM 144, DIEI CVI RESPONDET VICESIMVS SEPTIMVS DIES CÆSAREI MENSIS APRILIS, SEPTI-

SEPTIMANAE QVARTO QVO CONDITA FVERVNT LVMINARIA. *Hoc quoq; omnes Astrologi, siquidem verum amant, se se ignorasse fatebuntur, ex diuersis periodorũ capitibus diuersos eodem momento æquinoctiorum situs esse,* (cur igitur ipse modo statuisti vernum æquinoctium 23 die Aprilis, septimanæ septimo, scilicet iuxta tuam maiorem periodum annorum 524, quod paulò antea iuxta minorem 400 annorũ, interiectâ differentiâ sumi nũ n annorum 55, quorum primus esset à bisexto imaginario secundus incuns, vltimus verò primus, statueras 21 die Aprilis?) *quæ Soli imperent nunc ad 27 Aprilis, nunc ad 27 Maij* (nunquam tamen ad 36 diem à Solis ingressu in dodecatemorion Arietis) *eodẽ tempore ciconijs & hirundinibus* (necdum istis valedixisti? nimis tu quidem sollicitus es de ciconiis & hirundinibus quæ tamen ad tuum votum non facient ver) *aduentum ad nos indicere: quibus, ne consuetas stationes deserant, ego auctor sum* (neutiquã opus est te auctore) *vt eâ sola periodo vtantur, qua 592 annorum orbe explicatur. Aliter pro cornibus Arietis, cornua Tauri incurrent.* (Vtique nihilomagis quàm cornua Capri.) *Sed rursus stuporem meum dissimulare non possum.* (Vtinam sanè potuisses!)

Superius

Superiùs enim diximus primo anno Mundi prophetico æquinoctium fuisse in 23 Aprilis, feriâ septimâ. Hic vero quatuor diebus serius est. Quid ni? Si eodem momento erat in 27 Mai, quid vetat & ibi esse, vbicunque periodus qualibet illi castra metabitur. An vero (quod supra dixi & mox tuâ importunitate cogar repetere de anno primo Nabonazari) ad primum annum mundi vel meo vel tuo calculo æquinoctium conuenerit eidē diei Iuliano iuxta obseruationes & de anni magnitudine opiniones Ptolemæi post Hipparchum, & Albatenii, & Alzophii, & Alzarchelis, & Walteri, & Copernici, & Tychonis: denique iuxta vtramque tuam periodum solarem? Pergis. *Experiendū est, an periodus illa à 27 Aprilis deducta nos ad æquinoctium Nabonassari manu deducat, quod superius diximus* (dixistis nimirùm sed non satis confirmastis) *conuenisse in 28 Martij,* (scilicet iuxta vestram opinionem, neutiquam verò præcipuorum astronomiæ auctorum modò nominatorum,) *anno mūdi prophetico* 3258. *Transierant quinque periodi, quibus 25 bisexta competunt: & residui sunt* 298 (297) *anni, in quibus duo bisexta* (& dimidium) *collecta sunt. Fiunt omnia 27 bisexta* (atque dimidium), *quæ deducta de 27 Aprilis* (nempe ineunte mediâ nocte) *relinquunt*

linquunt caput anni (æquinoctium) *in* 31 (imò in meridie 30) *Martij triduo* (biduo) *post æquinoctium.* (tuum illud.) *Rursus anno Mundi prophetico* 1772 *æquinoctium* (itidem tuum) *erat in* 8 *Aprilis, vnde initium Semiramiæ Babyloniorum epochæ.* (tuâ item opinione.) *Transierant tres periodi, minus annis quatuor. Proinde quindecim bisexta, quæ excurrunt de* 27 *Aprilis deducta desinũt in* 12 *Aprilis, quatuor diebus post æquinoctiũ.* Vtique tuum æquè falsum ac Semiramiam Babyloniorum epocham. Pergis.

Si igitur cuiuslibet periodi bisexta ad meridiem 10 *Martij addita primi anni creationis æquinoctium constituunt, ergo bisexta secundæ periodi constituent illud in* 17 *Aprilis. Nam à primo anno creationis prophetico, ad annum* 5609, *præterierunt periodi* 12, *cum annis* 233. *in quibus colliguntur bisexta pene* 38: *quæ à* 10 *Martij putata desinunt in* 17 *Aprilis.* Eò quidem refert primum æquinoctium periodus annorũ 448 à me excogitata & 6 c. tractatus mei, 67 & 68 pag. exposita, neutiquam verò approbata, propter duas præcipuas causas: alteram quia mundi initium refert ad plenilunium, quod non perinde mihi vt præcipuis cyclorum paschalium computistis placere innui: alteram verò quia, vt superiore capite

pite dictum, annum solarem nostrâ sententiâ non satis breuem definit Cęsareo detrahens diei particulam maiusculam centesimâ quinquagesimâ, quanquam breuiorem multo quàm Hipparchus & Ptolemæus, ac nonnihil quàm nonnemo nostrâ ætate, nominatim Ioannes Temporarius qui tantùm centesimam sexagesimam detrahendam censuit; videlicet nimis addictus Hipparchicis æquinoctiorum obseruationibus; sicut etiam tu, qui parum recto iudicio ita iis adhæres vt interim nihil pensi habeas recedere à Ptolemaicis integro die aut amplius, ac paulo minus quadrante à Copernicеis. Quod cum facias, eò magis mirum mihi visum est, atque puto etiam aliis visum iri, quod in sequentibus sub finem confutationis meum obseruationum Hipparchicarum elenchum tibi arrogare quocunque modo conatus fueris illis verbis. *Quis æquinoctiorum Hipparchi elenchum exposuit ante nos? Et tamen, quia iste est propheta, hoc à nobis non didicit, sed præuidit.* Pergis.

Itaque trium istarum diuinarum periodorum prima statuit æquinoctium in 27 Mai, secunda in 27 Aprilis, tertia in 17 eiusdem. Io triumphe! Viuant prophetæ. Vapulent

SCALIGERI RATIONES MINVS

PROBABILES, *id est*, INEPTAE. Apage nugas tandem aliquando! Tertiam modò anteà secundam tibi dictam, mihi primùm expositam periodum annorum 448, à me ipso parùm probatam esse satis declaratum est. De aliis duabus in summâ sic habe. Si vel tantillam anni solaris inæqualitatem & æquinoctiorum apparentium siue mediorum à veris differentiam, qualem plerique Astronomi etiam ab ipso Hipparcho ad nostrum vsque seculum excepto Ptolemæo suspicati sunt, concesserint tractatus mei lectores atque iudices melioris notæ: scito me ex iis quæ 6 c. illius tradidi omnino asserturum esse periodum meam minorem 144 annorum, vel certè, non dico paulò maiorem aut maioris anni, velut illam annorum 345 comprehendentem 17 enneadecaeterides & duas hendecaeterides, atque non solùm integras dierum septimanas intra vnam horam, sed etiam integras anomalias lunares & proximè dimidios circuitus latitudinum iuxta Hipparchi sententiam apud Ptolemæum 4l. quanquam tu libro 4 de Emendatione temporum, capite de Anno scribis, *Totidem verò anomalias & dec. quot ipse* (scilicet Hipparchus) *putauit, restituit, id verò falsissimum; vt ne addam peri-*

dum nullam latitudinis in eo (exeligmo siue cyclo) *restitui*: verùm minorem & multo minoris mensuræ anni definitricem, nempe duodecentum id est 98 annorum siue binorum Iubileorum Israeliticorum, & ipsam comprehendentem intra duas horas abundantes iuxta Ptolemaicam mensis mensuram integras dierum septimanas 5113, id est 35791 dies videlicet tribus & dimidio pauciores quàm totidem annis Iulianis accensentur, ita vt annum solarem definiat 365 diebus 5 horis $8\frac{4}{7}$ sexagenariis scrupulis tantummodò; atque hendecaeteridem vnam adhibeat ad binas quasque enneadecaeterides (redeunte mẽsium periodo singulis Iubileis siue septies septenis siue vndequinquagenis annis octodenûm mensium embolismo) ac binas ad quaternas, ideoque mensibus constet omnino 1212 quorũ 36 sint embolimi: ac siquidem annis communibus 355 dies, embolimæis autem 383 ascribantur ordinariè, exhibuerit septem dies exæresimos deducendos desinentibus bisseptenis quibusq; annis siue alternis Sabbaticis; quorum perinde ac aliorum omnium septem menses priores habeantur tricenarii, reliqui autem vndetricenarii excepto vltimo embolimo 28 aut 27 dierum tantummodò,

dò, celeberrimâ numeri septenarii obseruatione. Quòd si iuxta Ptolemæi & complurium doctorum virorum nostri seculi inque iis tuam ipsius sententiam, nulla satis iusta videatur esse causa cur annus solaris statuendus sit inæqualis: vtique meam magnam periodum annorum 592 meliorem esse non tuâ modò solari annorũ 400 aut 524, sed etiam quâuis aliâ solis & lunæ hodiè cognitâ, ex iis quæ in tractatus mei epilogo à te hîc silentio prætermissa scripsi, satis constare spero: atque câ meliorem iuxta receptas anni & mensis mensuras ac epochas excogitari non posse intra multiplum spatii ipsius, proximo capite Deo volente me demonstraturum esse confido. Ita vt vtrouis modo æquè inanes sint tuæ ironicæ insultationes & triumphi præcedentes, atque sarcastica conclusio quam deinceps ita infers.

Hactenus carptim (certè quidem carptim) *doctrinam temporum propheticam exposuimus, quâ* RATIONES SCALIGERANAE MINVS PROBABILES ET INEPTAE *validissimo ariete pulsantur. Nequidubium, quin iam corruerint. Tanto impetu Demetrius iste* φιλιππικὸς *eas quatere aggressus est, ne amplius* FREQVENTES CONTENTIONES PROPHETIS CVM SCALIGERO

LIGERO INCIDANT, *qui non nisi infeliciter cum eo manum conſeruerit,*

Enſe leuis nudo, parmâque inglorius albâ.

Quomodo conſerueris aliorum eſto iudicium. Atque ita precans menti tuæ pariter ac corpori ſanitatem, animoque æquitatem & moderationem, ab eo qui obſiſtit ſuperbis, qui alios præ ſe contemnunt & iniquè calumniantur, Valetibi dico.

CAP. XII.

SVpereſt vt quod in Epilogo tractatus inſcripſi, Periodum meam 592 annorum ſolis lunæque motibus iuxta receptas eorum menſuras ac terminos quadrare ita exactè, vt alia æquè bona intra multiplum ſpatij ipſius dari nequeant; id nunc demonſtrem. Primum autem illud tanquam in præſentiarum loco demonſtrandum occurrit, quod item à me traditum, adeò ipſius tantâ doctrinâ prædicti, tantopere in his ſtudiis verſati Scaligeri captum ſuperauit vt inſcitiæ (nimium prodigioſæ) & ſtupori & admiratî ſcilicet noſtræ ingentem hiatum ipſum imputauerit; nempe conſtituendæ ſolis & lunæ periodo, iuxta receptas aut receptis proximas anni

mensisq; mensuras, ad aliquot enneadecaeterides necessariò asciscendam esse vnam vel plures hendecaeterides. quod perspicuum fiet sequente diagrammate. quo expositi sunt excessus anni solaris supra duodenos menses lunares, subducto vbicunq; excreuerit mense embolimo, per 49 annos vertentes, quæ (vt modò innui) sunt duæ enneadecaeterides insuperq; integra hendecaeteris : posità 12 mensium mensurâ Ptolemaicâ 354 dierum 8 horarum & 876 momentorum Iudaicorum quorum 1080 constituunt vnam horam; anni verò mensurâ posità $365^{d}\cdot 5^{h}$. itemq; 876 momentorum eiusdemodi quæ sunt scrupula sexagenaria $48^{1}s.40^{2}s.$ tum vt in calculo vitaretur numerorum fractiones; tum quia residua $204^{m}\cdot$ siue $11^{1}s.\ 20^{2}s.$ excrescunt ad diem fere integrum (minùs momentis 12 siue scrupulis $40^{2}s.$) in 127 annis, ita propè conuenientia calculis celeberrimorum Astronomorum nostri & superioris ęui Nicolai Copernici & Tychonis Brahe, quorum ille 128 annos solares medios, hic autem veros saltem nostro ęculo, totidem Iulianis integro die minores statuit; tum deniq; quia eadem anni solaris mensura quasi media est intra nostram periodi 592 annorũ, anno Iuliano scrupula $12^{1}s.9\frac{3}{4}{}^{2}s.$

fere

fere & 118 annis diem fere integrum, ac Scaligeranam periodi annorum 400, tantùm 10^{s} 48^{s} vni & integrum diem fere 133 annis Iulianis detrahentis, ab ipso Scaligero passim in Canonibus maiuscula verâ habitam. Itaq; iuxta positam mẽsuram excessus primi anni solaris supra 12 menses lunares est 10^{d}. 21^{h}. 0^{m}. & cæterorum deinceps vt diagramma exhibet: adiectis non solum integris excessibus ad residua deductorum mensium embolimorum, sed etiam defectibus octaeteridum atq; enneadecaeteridum ab integris mensibus.

An.	D.	H.	M.	
1.	10.	21.	0	0
2.	21.	18.	0	0
3.	32.	15.	0	0
r.	3.	2.	287	
4.	13.	23.	287	
5.	24.	20.	287	
6.	35.	17.	287	
r.	6.	4.	574	
7.	17.	1.	574	
8.	27.	22.	574	
d.	1.	14.	210	
9.	38.	19.	574	
r.	9.	6.	861	
10.	20.	3.	861	
11.	31.	0.	861	
r.	1.	12.	68	
12.	12.	9.	68	
13.	23.	6.	68	
14.	34.	3.	68	
r.	4.	14.	355	
15.	15.	11.	355	
16.	26.	8.	355	
17.	37.	5.	355	
r.	7.	16.	642	
18.	18.	13.	642	
19.	29.	10.	642	
d.	0.	2.	151	

An.	D.	H.	M.	
20.	40.	7.	642	
r.	10.	18.	919	
21.	21.	15.	919	
22.	32.	12.	919	
r.	3.	9.	136	
22.	13.	21.	136	
24.	24.	18.	136	
25.	35.	15.	136	
r.	6.	2	423	
26.	16.	23.	423	
27.	27.	20.	423	
d.	1.	16.	37	
28.	38.	17.	423	
r.	9.	4	710	
29.	20.	1.	710	
30.	30.	22.	710	
r.	1.	9.	997	
31.	12.	6.	997	
32.	23.	3.	997	
33.	34.	0.	997	
r.	4.	12.	204	
34.	15.	9.	204	
35.	26.	6.	204	
36.	37.	3.	204	
r.	7.	14.	491	
37.	18.	11.	491	
38.	29.	8.	491	
d.	0.	4.	302	

An.	D.	H.	M.	
39.	40.	5.	491	
r.	10.	16.	778	
40.	21.	13.	778	
41.	32.	10.	778	
r.	2.	2.	1065	
42.	13.	18.	1065	
43.	24.	15.	1065	
44.	35.	12.	1065	
r.	6.	0.	272	
45.	16.	21.	272	
46.	27.	18.	272	
r.	1.	18.	52	
47.	38.	15.	272	
r.	9.	5.	559	
48.	19.	23.	559	
49.	30.	20.	559	
r.	1.	7.	846	

Ex hoc diagrammate apparet enneadecaeteride quidē propius pariare solis & lunę rationes quā vllo annorum numero intra duplum ipsius, sed eâ deficere

soli

soli 2 horas 151 momenta ad comprehendendos integros menses, ita vt annis 19 neutiquam debeantur 7 emboliſmi; ab eâ autem proximè pariare hendecaeteride, verùm hâc contrà deficere lunæ 1 diem 12 horas 68 momenta ad aſſequendos integros annos: ideoq; reuolutis quot enneadecaeteridibus illũ exceſſum lunæ enneadecaetericum 2 horarum 151 momentorum duplicari, contrà verò ſolis exceſſum hendecaetericum eâdem differentiâ minui: donec decimâ ſeptimâ vice enneadecaetericus exceſſus lunæ colligatur 1d. 12h. 407m. ſcilicet proximè æqualis ſolari exceſſui vnius hendecaeteridis vtpote duntaxat 339 momentis maior; ac proinde ad 17 enneadecaeterides ſiue 323 annos neceſſariò aſciſcendam eſſe vnam hendecaeteridem vt ſummâ annorum 334 rationes ſolis & lunæ proximè æquales fiant relicto lunari exceſſu momentorum tantummodò 339 in tot annis, qui pluſquàm 2 horarum erat in annis 19, iuxta poſitas anni ac menſis menſuras. Atque idem neceſſariò euenire vt periodo cõſtituendæ ad aliquot enneadecaeterides adhibenda ſit vna vel plures hendecaeterides quæ tamen ſint pauciores enneadecaeteridibus, quâcunq; anni menſurâ enneadecaetericus lunæ exceſſus

cessus duplicatus non superauerit solarem excessum vnius hendecaeteridis, id est ab aliquantò maiore mensurâ anni quàm quæ definita sit ab Hipparcho & Ptolemæo ad multò minorem illâ nostræ periodi 144, nempe ad ipsam bis 49 annorũ: atque omnẽ periodum exactè compositam ad quamcunque anni mensuram intra eosdem limites, necessariò resoluendam esse in enneadecaeterides & hendecaeterides, apparet ex eodem diagrammate. namque vt exactiùs æquentur rationes solis & lunæ iuxta modò positas mensuras, id non aliter contingit quàm septies repetitâ extraordinariâ hendecaeteride cuius excessus solaris septuplus $10^{d}\cdot 12^{h}\cdot 476^{m}\cdot$ subtractus lunari excessui septuplo 17 enneadecaetericorum $10^{d}\cdot 14^{h}\cdot 689^{m}\cdot$ relinquit $2^{h}\cdot 213^{m}\cdot$ à quibus deductus lunaris item excessus vnius enneadecaeteridis paulo minor, $2^{h}\cdot 151^{m}\cdot$ arguit septimâ vice excrescere rationem vnius è septemdecim enneadecaeteridibus omittẽdam, ac 2319 annis adeo propè ad paritatem reduci annos ac menses vt reliqua fiant tantùm 62 momẽta excessus lunaris in tot annis iuxta positas mensuras. quanquam autem diuisis 2319 annis per solas enneadecaeterides consurgunt 122, atque vnus insuper annus communis:

communis: tamen neque locum esse illi anno dissoluto tanquam emboliſmus in quartum ab eo differri posset; neq; tamdiu negligendum esse enneadecaetericum lunæ excessum in solarium & lunarium rationum æquatione; ac propterea sex quidem vicibus ad septendecim quasque enneadecaeterides, septimâ verò ad sedecim, vnam hendecaeteridem esse adhibendam, ita vt integra periodus comprehenderit 118 enneadecaterides & 7 hendecaeterides iuxta dictas mensuras, ex diagrammate manifestè constat. Itaque constituendæ solis & lunæ periodo iuxta anni mensisque mensuras receptas aut receptis affines necessum est ad aliquot enneadecaeterides asciscere vnam vel plures hendecaeterides, quod erat primo demonstrandum. quapropter haud iniuriâ suprâ questus sum Ioſephum Scaligerum corrupisse ac peruertisse rationes periodi meæ 592 annorum, dum ei imputauit 31 enneadecaeterides & vnam trieteridem, cui ego tribueram 30 enneadecaeterides & duas hendecaeterides: quoniam videlicet neque trieteridi dissolutæ locus est in æquandis rationibus solis & lunæ, tanquam alternus emboliſmus in quartumdecimũ annum differri posset: atque lunaris excessus

sus rationem subducere par est quamprimùm solarem æquauerit, neutiquam verò negligere donec duplus aut maior euaserit.

Cæterum illud quoq; è præmisso diagrammate animaduertere licet, quanto minor statuitur annus solaris tanto citiùs excrescere lunarem excessum, ideoq; tanto frequentius & breuiore circuitu ascita hendecaeteride supernumerariâ differendum esse emboliſmum enneadecaetericũ celeriorem iusto: contra verò quanto annus statuitur maior tanto rarius hunc differri oportere. Quamobrem quum nostræ magnæ periodi annus à Scaligero reprehẽsus tãquam iusto breuior enneadecaetericum emboliſmum differat adhibitâ hendecaeteride ad decimam quintam quamq; enneadecaeteridem; Pontificius & Scaligeranus periodi quadringentenariæ, ab ipso Scaligero agnitus iusto longior, adimẽs vndecim Iulianis 1 horam, 58^{1}ſ. 48^{2}ſ. nouemdecim autem 3 horas, 25^{1}ſ. 12^{2}ſ. ita vt exhibeat hendecaetericum solis excessum $1^{d}\cdot 12^{h}\cdot 9^{1}$ſ. 38^{2}ſ. 40^{3}ſ. quæ sunt amplius $173^{m}\cdot$ lunæ autem enneadecaetericum $1^{h}\cdot 58^{1}$ſ. 15^{2}ſ. 20^{3}ſ. quæ sunt amplius $1048^{m}\cdot$ supernumerariam hendecaeteridem admiserit tantùm post 19 aut 18 enneadecae-

neadecaeterides; siquidē cō excessum sola-
rem vnius hendecaeteridis proximè asse-
quitur enneadecaeterici lunaris octodecu-
plus, 1 d. 11 h. 28 1 ſ. 36 2 ſ. nondecuplus au-
tem, 1 d. 13 h. 26 1 ſ. 51 2 ſ. 20 3 ſ. aliquanto
longiùs ipſum ſuperat.

Igitur ex his conſequens eſt limites in-
tra quos inueſtigandum ſit an iuxta recep-
tas annorum ſiſq; menſuras magnâ perio-
do noſtra melior inueniri queat, eſſe, citi-
num quidem eâdem noſtrâ periodo adhi-
bitam enneadecaeteridum ad hendecaete-
rides ſingulares rationem quindecuplam,
vltimum verò vigecuplam. Quocirca par-
ticulares rationes cadentes intra iſtos limi-
tes vſq; ad 1800 annos ſiue triplum ſpatii
periodi noſtræ, cum congruentibus cha-
racteribus dierum ſeptimanæ horarum ac
momentorum Iudaicorum iuxta menſu-
ram menſis Ptolemaicam ſequente tabulâ
expoſitæ conſiderentur. Noſtræ quidem ita
habent.

15 E. ad 1 Hen.	296 a.	3 d. 12 h.	133 m.
30 E. ad 2 Hen.	592 a.	7. 0.	266.

Verùm quoniam hæ Scaligero videntur
minores veris, ecce deinceps quinque claſ-
ſes maiorum.

Rat.

1 Classis.			2 Classis.		
Rat.	Anni		Rat.	Anni	
16ad1	315	6. 4.728	17ad1	334	1.21.243
31ad2	611	2.16.861	33ad2	649	1. 1.971*
46ad3	907	6. 4.994	49ad3	964	7. 6.619
61ad4	1203	2.17. 47	65ad4	1279	6.11.267
76ad5	1499	6. 5.180	81ad5	1594	5.15.995
91ad6	1795	2.17.313			
			34ad2	668	3.18.486
32ad2	630	5. 9.376	50ad3	983	2.23.134*
47ad3	926	1.21.509	66ad4	1298	2. 3.862
62ad4	1222	5. 9.642	82ad5	1613	1. 8.510
77ad5	1518	1.21.775			
			51ad3	1002	5.15.729
48ad3	945	4.14. 24	67ad4	1317	4.20.377
63ad4	1241	1. 2.157	83ad5	1632	4. 1. 25*
78ad5	1537	4.14.290			
			68ad4	1336	7.12.972
64ad4	1260	3.18.752	84ad5	1651	6.17.620
79ad5	1556	7. 6.885			
			85ad5	1670	2.10.135
*80ad5	1575	2.23.400			

3 Classis.			4 Classis.		
Rat.	Anni		Rat.	Anni	
18ad1	353	4.13.838	19ad1	372	7. 6.353
35ad2	687	6.11. 11	37ad2	725	4.20.111
52ad3	1021	1. 8.244	55ad3	1078	2. 9.949
69ad4	1355	3. 5.487	73ad4	1431	6.23.707
86ad5	1689	5. 2.730	91ad5	1784	4.13.465
36ad2	706	2. 3.596	38ad2	744	7.12.706
53ad3	1040	4. 0.839	56ad3	1097	5. 2.464
70ad4	1374	5.22. 2	74ad4	1450	2.16.222
87ad5	1708	7.19.245	57ad3	1116	7.18.1059
54ad3	1059	6.17.354	75ad4	1469	5. 8.817
71ad4	1393	1.14.597	76ad4	1488	1. 1.332
88ad5	1727	3.11.840			
72ad4	1412	4. 7.112			
89ad5	1746	6. 4.355			
90ad5	1765	1.20.950			

5 Classis.		
Rat.	Anni	
20ad1	391	2.22.948
39ad2	763	3. 5.221
58ad3	1135	3.11.574
77ad4	1507	3.17.927
40ad2	782	5.21.816
59ad3	1154	6. 4. 89
78ad4	1526	6.10.442
60ad3	1173	1.20.684
79ad4	1545	2.2.1037
80ad4	1564	4.19.552

Quibus deniq; adjiciantur sequentes.		
Rat.	Anni	
21ad1	410	5.15.463
42ad2	820	4. 6.926
63ad3	1230	2.22.309
84ad4	1640	1.13.772
22ad1	429	1. 7.1058
44ad2	858	2.15.1036
66ad3	1287	3.23.1014
23ad1	448	4. 0.573

Iam verò ex hâc tabulâ cernere licet tantùm tres periodos solis & lunæ existere intra duplum spatii nostræ magnæ quæ prope eam assequantur; nempe in secundâ classe illam annorũ 983, in tertiâ 1040, in quintâ autem 391: quæ quidẽ omnes è nostris tribus vel omnino vel potiore ex parte cõpositæ sunt. nam prima 983 annorum constat è nostrâ minore 144 & magnâ 592 & enneade-

enneadecaeteridis tredecuplâ 247; ideoq; totidem annis Iulianis adimit 7 dies & dodrantem. secunda autem 1040 constat è duabus nostris 448 & 592; ideoq; perimit 8 bisexta Iuliana. tertia verò 391, è nostrâ 144 & enneadecaetericâ 247; ideoq; duos dies & dodrantem deducit totidem annis Iulianis. Verùm hanc nimius recessus ab vtroq; luminari, alteras autem duas (sicut etiam secundæ classis secundam 649 adimentem 5 dies & quadrantem totidem Iulianis) saltem à lunâ præter nimium aut minùs concinnum annorum vel enneadecaeteridum hendecaeteridumque numerum; omnes verò ipsas defectus orbis dierũ septimanæ improbabiles reddit.

Sed neq; intra triplum spatii nostræ illius occurrunt plures quatuor alteris dignæ quæ in comparationem cum ipsa veniant: quæ etiam ipsæ è nostris componuntur. videlicet primæ classis postrema annorum 1575 cõstans è nostrâ minore 144 & magnæ duplâ 1184 & enneadecaetericâ 247; ideoq; totidem annis Iulianis deducens 12 dies & dodrantem: secundæ autem classis illa 1632 constans è nostris 448 itemque magnæ duplâ 1184; ideoq; perimens 13 bisexta Iuliana: quartæ vero 1431 constans itidem è nostræ magnæ duplâ 1184 & en-

neadecaetericâ 247; ideoq; totidem annis Iulianis detrahens 10 dies & dodrantem: atq; eiusdem classis postrema 1488 constans è nostris 448 duplicatâ & magnâ 592; ideoq; perimens 11 bisexta Iuliana: quibus denique adiiciatur infimæ classis ascititiæ penultima 1287 & ipsa constans è duabus nostris 448 & 592 ac enneadecaetericâ 247; ideoque deducens 8 dies & dodrantem totidem annis Iulianis. quas quidem omnes præter vitia iis cum prioribus communia immanes numeri annorum reddunt inutiles. Sola illa periodus annorum 1431 cum annum solarem definiat planè ad modum tetracosieteridis Pontificiæ & Scaligeranæ, dierum quoque septimanæ circulum præstat. vt mirum videatur neque Clauio neque Scaligero in tot annorum studiis anni emendationi impensis eam in mentem aut mentionem vnquam venisse. at nimirum illa feruida inter illos contentio, & χειρομαχία, dicam? an (quod olim de Græcorum turbis dixit Macedo ille magnus) βατραχομυομαχία de rationibus æquandarum epactarum, & modis sumendorum terminorum ac mensium paschalium, atq; locis omittendorum bisextorum in anni sui miscellanei moreto, ita eorum ingenia omnino exercuit studiaque huius generis

in

in solidum occupauit, vt nullum otium iis fuerit attendere sententiã definitionis periodi solis & lunæ siue Anni magni ab eruditâ antiquitate traditæ. An vero, vt nihil amplius de Scaligeri periodo Iulianâ & anno Cœlesti dicam, Clauius affectasset semiperiodum decies mille annorum si hanc nouisset? nisi fortè non magis nosset quid ea valeret, quàm Æsopicus gallus quanti esset gemma quam offenderat. Veruntamen quum ipsa quoq; annorum numero onerosa excedat Ptolemaicam mensium mensuram eamque maiorem Copernicea siue Prutenicâ hodiè magis approbatâ, neque per æqualia intervalla differendum emboliſmum enneadecaetericum quæ aptissima ratio est sed tribus quidem vicibus post 18 quartâ verò post 19 enneadecaeterides præstituat: non est cur quisquam censeat ipsam illi nostræ constanti annis octodesexcentis vel præferendam vel æquandam esse: præsertim quum illa nec de anni solaris mensurâ vel ipsi vel cæterarum vlli palmam cedat.

Nam quum meũ Hipparchicarum obseruationum elenchum sexto capite & in Epilogo tractatus mei expositum nec ipse quidem Scaliger improbare potuerit, verùm ex parte sequatur ipse quarto capite

prioris partis 31. *Canonum*: recentiorum omnium Astronomorum quos equidem viderim aut de quibus aliquid audierim, Tychonis Brahe, Ioannis Temporarii, Nicolai Copernici, Bernardi Walteri observationes saltem verni æquinoctii, cum Ptolemaicis secundum Hipparchicas vetustissimis omnium quarum memoria hodiè extat (neque verò huius æquinoctii ab Albatenio, medio seculo inter Ptolemæum & nos, observati vlla mentio aut ratio vlli ipsorum, sicut neq; Scaligero, videtur esse habita) iuxta anni mensuram nostrâ illâ periodo definitam vel planè ad amussim congruunt vel nullius momenti æstimandam differentiam ab eâ exhibent: quæ æquè iuxta tetracosieteridem ac 524 annorum periodum solarem Scaligeranam impingunt ei errorem solidi diei & quadrantis plus minus. Ac sanè Tycho Brahe, cuius observationes æquinoctiorum Scaliger, Copernicæis prorsus neglectis, pro virgulâ diuinâ sibi proponit, ego verò perinde vt cæterorum nostri & superioris æuiâ me modò nominatorum Astronomorum laude sanè dignissimas & non solùm æquè sed etiam magis respiciendas censeo, in Progymnasmatis Astronomiæ instauranda editis Pragæ A.D. 1602, pag. 37, è collatione

ne ſuarum obſeruationum cum Ptolemaicis iuxta medium ſolis motum elicit anni magnitudinem $365^{d}\cdot 5^{h}\cdot 47^{1}ſ.52^{2}ſ.$ Atque Temporarius tertio libro Chronologicarum Demonſtrationum editarum Rupellæ A. D. 1600, pag. 374, è Bernardi Walteri obſeruationibus collatis item cum Ptolemaicis elicit minorem $365^{d}\cdot 5^{h}.48^{1}ſ.$ quũ noſtra hæc periodus vt in Epilogo declaraui dfiniat ipſam $365^{d}\cdot 5^{h}\cdot 47^{1}ſ.$ & pluſquã $50^{2}ſ.$ Quid? quod ipſe Scaliger eodem 4 c. prioris partis 3 l. *Canonum*, pag. 199 & ſeq. agnoſcit quoſdã ex eorũ numero quos ipſe & amat & colit & vt debet plurimi facit ad ſe ſcripſiſſe ſibi cõſtare modũ anni Tropici ſupra 365 dies, eſſe minorem horis 5, ſcrupulis 48: porro fatens ſe minimè dubitare quæ eorum doctrina eſt & vſus obſeruationum cœleſtium maximus quin rectè ab illis æquinoctia (quæ ipſi affirmauerint à ſe obſeruata eſſe inſtrumentis maximis quæ fallere non poſſunt) deprehenſa ſint. quos nihilominus in ſequentibus reprehendit quaſi modum anni Tropici ex obſeruatione æquinoctiorum colligere inſtituentes obſeruatione ſuâ neutiquam cum vetuſtiſſimis collatâ. non enim ſatis eſt, inquit, conferre cum aliorum obſeruationibus, niſi fuerint vetuſtiſſimæ. nam minima

„ nima interualla facile imponunt &c. At verò quum idem anni modus hâc nostrâ periodo definitus, ab astronomicis æquinoctiorum obseruationibus intra hos centum ac paulò amplius annos factis rectâ nos deducat ad Ptolemaicas omnium quę quidem fide dignæ habeantur vetustissimas, à quibus Scaligeranus & Pontificius abducat, ipsius Scaligeri confessione in proximè deinceps sequentibus, saltem integro die: ecquid vel Scaliger, vel Clauius, vel quisquam alius eorum nomine habet quod tam claræ veritati obtendat? Nam quod causatur Scaliger Albatenium eiusmodi errorem ascribere instrumentis quibus vsus sit Ptolemæus: equidem Albatenium nunquam vidi; veruntamen inquam, nisi Albatenius maiorem fidem habuisset Ptolemaicis obseruationibus quàm Hipparchicis, imò nisi his fidem planè derogasset, cur tandem ipse (quod vno ore affirmant omnes apud quos mẽtionem eius legi, clarissimè verò Regiomontanus 3 l. 2 c. Epit. Almagesti, & Copernicus 3 l. 13 c. Reuolutionum) anni modum definiuisset adeo breuem è collatione suarum obseruationum cum Ptolemaicis, potius quàm haud paulò longiorem & mensuræ pariter Hipparchicæ ac Ptolemaicæ conuenientiorem

tiorem (nempe vix 128 nedum 106 diei particulâ diminuẽdum) è ſuis collatis cum Hipparchicis? Quapropter quod affirmaui, iuxta receptas motuũ ſolis & lunæ menſuras ac terminos periodum aliam æquè bonam ac noſtram illam conſtantem annis octodeſexcentis intra multiplum ſpatii illius dari non poſſe, equidem confido intelligentibus lectoribus, per Dei gratiã, his ſatis eſſe demonſtratum.

Compoſui autem tabulam dierum quibus per annos ſingulos conuenerint prima eius nouilunia, cum horâ quâ proximè cõtigerint neglectis ſcrupulis; quam ſequens punctus ſimplex minuit, duplex auget: inſtituto calculo à mediâ nocte (licet ciuilis diei initium putandum ſit à præcedente veſperâ) quo minùs nouilunia & plenilunia autumnalia anteuertant initia & media ſuorum menſium: dilatis etiam extraordinariis hendecaeteridibus vſque ad vtriuſq; partis periodi finem quo euidentior ſit conſecutio dierum ſeptimanæ per ternas enneadecaeterides, quæ quidem eſt eiuſmodi vt & ipſa propè memoriâ comprehendi poſſe videatur.

Magna

Magna periodus solis & lunæ.

A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.
1.	6.	10	20.	2.	3°	39.	4.	19:	58.	7.	12·
2.	3.	19·	21.	6.	11:	40.	2.	4·	59.	4.	20:
3.	1.	4·	22.	3.	20:	41.	6.	13·	60.	2.	5:
4.	7.	1:	23.	2.	18·	42.	5.	10:	61.	1.	3·
5.	4.	10·	24.	7.	3·	43.	2.	19·	62.	5.	12·
6.	1.	19·	25.	4.	11:	44.	7.	4·	63.	2.	20:
7.	7.	16:	26.	3.	9·	45.	6.	1:	64.	1.	18·
8.	5.	1:	27.	7.	18·	46.	3.	10:	65.	6.	3·
9.	2.	10·	28.	5.	2:	47.	7.	19:	66.	3.	12·
10.	1.	7:	29.	4.	0:	48.	6.	17·	67.	2.	9:
11.	5.	16:	30.	1.	9·	49.	4.	1:	68.	6.	18·
12.	4.	14·	31.	7.	6:	50.	2.	23·	69.	5.	15:
13.	1.	23·	32.	4.	15:	51.	7.	8·	70.	3.	0:
14.	6.	7:	33.	2.	0:	52.	4.	17·	71.	7.	9:
15.	5.	5:	34.	7.	22·	53.	3.	14:	72.	6.	7·
16.	2.	14·	35.	5.	6:	54.	7.	23·	73.	3.	15:
17.	6.	23·	36.	2.	15:	55.	5.	8·	74.	1.	0:
18.	5.	20:	37.	1.	13·	56.	4.	5:	75.	6.	22·
19.	3.	5·	38.	5.	22·	57.	1.	14:	76.	4.	7·

Magna periodis solis & lunæ.

A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.
77.	3.	4:	96.	5.	21'	115.	1.	13	134.	4.	6
78.	7.	13'	97.	3.	6'	116	5	22:	135.	1.	15'
79.	4.	22'	98.	7.	14:	117.	3.	7'	136.	5	23:
80.	3.	19:	99.	6.	12:	118	2.	4:	137.	4	21.
81.	1.	4:	100.	3	21'	119	6.	13:	138.	2.	6:
82.	5.	13'	101.	1.	6'	120.	3.	22:	139.	6.	15'
83.	4.	11'	102	7.	3:	121.	2.	20'	140.	5.	12:
84.	1.	19:	103.	4	12'	122.	7.	4:	141.	2	21'
85.	6.	4:	104.	1	21'	123.	4.	13:	142.	7.	6'
86.	5.	2'	105.	7.	18:	124.	3.	11'	143	6.	3:
87.	2.	10:	106.	5.	3:	125.	7.	20'	144.	3.	12:
88.	1.	8:	107.	4.	1'	126.	6.	17:	145	2	10'
89.	5.	17'	108.	1.	9:	127.	4.	2'	146.	6.	18:
90.	3.	2'	109.	5.	18:	128.	1.	11'	147.	4.	31
91.	1.	23:	110.	4.	16'	129.	7.	8:	148	3.	1'
92.	6.	8:	111.	2.	1'	130	4.	17:	149.	7.	10'
93.	3.	17'	112.	6.	9:	131.	2.	2'	150.	4.	18:
94.	2.	14:	113.	5	7'	132.	7.	23:	151.	3.	161
95.	6.	23:	114.	2.	16'	133.	5.	8:	152.	1.	17'

Magna periodus solis & lunæ.

A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.
153.	6.	22:	172.	2.	15'	191.	5.	7:	210.	7.	24'
154.	4.	7:	173.	6.	24'	192.	2.	16:	211.	5.	9'
155.	1.	16:	174.	4.	9'	193.	7.	1:	212.	2.	18'
156.	7.	14'	175.	3.	6:	194.	5.	23'	213.	1.	15:
157.	4.	22:	176.	7.	15'	195.	3.	7:	214.	5.	24'
158.	2.	7:	177.	4.	24'	196.	7.	16:	215.	3.	9'
159.	1.	5'	178.	3.	21:	197.	6.	14'	216.	2.	6:
160.	5.	13:	179	1.	6.	198.	3.	23'	217.	6.	15:
161.	2.	22:	180.	5.	15'	199.	1.	7:	218	3.	24'
162.	1.	20'	181.	4.	12:	200.	7.	5'	219.	2.	21:
163.	6.	5'	182.	1.	21:	201.	4.	14'	220.	7.	6:
164.	5.	2:	183.	7.	19'	202.	3.	11:	221.	6.	4'
165.	2.	11:	184.	5.	4'	203.	7.	20:	222.	3.	13'
166.	6.	20'	185.	2.	12:	204.	5.	5'	223.	7.	21:
167.	5.	17:	186.	1.	10'	205.	4.	2:	224.	6.	19'
168.	3.	2:	187.	5.	19'	206.	1.	11:	225.	4.	4'
169.	7.	11'	188.	3.	4'	207.	5.	20:	226.	1.	13'
170.	6.	9'	189.	2.	1:	208.	4.	18'	227.	7.	10:
171.	3.	17:	190.	6.	10'	209.	2.	2:	228.	4.	19'

Magna periodus solis & lunæ.

A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.
229.	3.	17.	248.	6.	9:	267.	2.	2.	286.	4.	18:
230.	1.	1:	249.	3.	18.	268.	6.	10:	287.	2.	3.
231.	5.	10:	250.	1.	3.	269.	3.	19:	288.	6.	12.
232.	4.	8.	251.	7.	0:	270.	2.	17.	289.	5.	9:
233.	1.	16:	252.	4.	9:	271.	7.	2.	290.	2.	18:
234.	6.	1:	253.	1.	18.	272.	4.	10:	291.	7.	3.
235.	4.	23.	254.	7.	15:	273.	3.	8.	292.	6.	0:
236.	2.	8.	255.	5.	0:	274.	7.	17.	293.	3.	9:
237.	6.	16:	256.	2.	9:	275.	5.	2.	294.	7.	18:
238.	5.	14:	257.	1.	7.	276.	3.	23:	295.	6.	16.
239.	2.	23.	258.	5.	15:	277.	1.	8.	296.	4.	0:
240.	1.	20:	259.	4.	13.	278.	7.	5:			
241.	6.	5:	260.	1.	22.	279.	4.	14:			
242.	3.	14.	261.	6.	7.	280.	1.	23:			
243.	2.	11.	262.	5.	4:	281.	7.	21.			
244.	6.	20:	263.	2.	13.	282.	5.	5:			
245.	4.	5:	264.	6.	22.	283.	2.	14:			
246.	3.	13.	265.	5.	19:	284.	1.	12.			
247.	7.	12.	266.	3.	4:	285.	5.	21.			

Magna periodus solis & lunæ.

A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.
297	2	22	316	5	15	335	1	7	354	3	24
298	7	7	317	2	23	336	5	16	355	1	8
299	4	16	318	7	8	337	3	1	356	5	17
300	3	13	319	6	6	338	1	22	357	4	15
301	7	22	320	3	15	339	6	7	358	1	24
302	5	17	321	7	23	340	3	16	359	6	8
303	4	4	322	6	21	341	2	13	360	5	6
304	1	13	323	4	6	342	6	22	361	2	15
305	5	22	324	1	14	343	4	7	361	6	24
306	4	19	325	7	12	344	3	5	363	5	21
307	2	4	326	4	21	345	7	13	364	3	6
308	1	2	327	3	18	346	6	11	365	2	3
309	5	11	328	1	3	347	3	20	366	6	12
310	2	19	329	5	12	348	1	5	367	3	21
311	1	17	330	4	10	349	7	2	368	2	19
312	6	2	331	1	18	350	4	11	369	7	3
313	3	11	332	6	3	351	1	20	370	4	12
314	2	8	333	5	1	352	7	17	371	3	10
315	6	17	334	2	10	353	5	2	372	7	19

Magna periodus solis & lunæ.

A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.
373	6	16:	392	2	9'	411	5	1:	430	7	18:
374	4	1'	393	6	18:	412	2	10:	431	5	3'
375	1	10'	394	4	2:	413	6	19'	432	2	11:
376	7	7:	395	2	24'	414	5	16:	433	1	9'
377	4	16:	396	7	9'	415	3	1:	434	5	18'
378	2	1'	397	4	18'	416	7	10:	435	3	3'
379	7	23'	398	3	15:	417	6	8'	436	2	0:
380	5	7:	399	7	24'	418	3	16:	437	6	9'
381	2	16:	400	5	9'	419	1	1:	438	3	18'
382	1	14'	401	4	6:	420	6	23'	439	2	15:
383	5	22:	402	1	15:	421	4	8'	440	7	0:
384	4	20:	403	7	13'	422	3	5:	441	5	22'
385	2	5'	404	4	21:	423	7	14'	442	3	6:
386	6	14'	405	2	6:	424	4	23'	443	7	15:
387	5	11:	406	1	4'	425	3	20:	444	6	13'
388	2	20:	407	5	13'	426	1	5'	445	3	22'
389	7	5'	408	2	21:	427	5	14'	446	1	6:
390	6	2:	409	1	19'	428	4	11:	447	7	4'
391	3	11:	410	6	4'	429	1	20:	448	4	13'

Magna periodus solis & lune.

A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.
449	3	10:	468	6.	3·	487	1	19:	506	4	12·
450	7	19:	469	3	12·	488	6.	4:	507	1	21·
451	5.	4·	470	7	21·	489	3	13:	508	6.	6·
452	4.	2·	471	6	18:	490	2	11·	509	5.	3:
453	1	10:	472	4.	3·	491	6.	19:	510	2	12·
454	5	19:	473	1	12·	492	4.	4:	511	6	21·
455	4	17·	474	7.	9:	493	3.	2·	512	5.	18:
456	2.	1:	475	4	18:	494	7	11·	513	3.	3:
457	6	10:	476	2.	3·	495	4	19:	514	7	12·
458	5.	8·	477	1.	0:	496	3	17·	515	6.	9:
459	2	17·	478	5.	9:	497	1.	2·	516	3	18:
460	1	14:	479	4.	7·	498	6	23:	517	2	16·
461	5.	23:	480	1	16·	499	4	8:	518	7.	1·
462	3.	8·	481	6.	0:	500	1	17·	519	4.	9:
463	2.	5:	482	4	22·	501	7	14:	520	3.	7·
464	6	14:	483	2.	7·	502	4	23:	521	7	16·
465	3	23·	484	6.	16·	503	2.	8:	522	5.	1·
466	2	21·	485	5.	13:	504	1.	6.	523	3	22:
467	7.	5:	486	2	22·	505	5.	14:	524	1.	7·

Magna periodus solis & lunæ.

A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.	A.	D.	H.
525	7	5	544	2	21	563	5	14	582	1	6
526	4	13	545	7	6	564	2	22	583	5	15
527	1	22	546	4	15	565	7	7	584	2	24
528	7	20	547	3	12	566	6	5	585	1	21
529	5	4	548	7	21	567	3	14	586	6	6
530	2	13	549	5	6	568	7	22	587	3	15
531	1	11	550	4	3	569	6	20	588	2	12
532	5	20	551	1	12	570	4	5	589	6	21
533	3	4	552	5	21	571	1	14	590	4	6
534	2	2	553	4	19	572	7	11	591	3	4
535	6	11	554	2	3	573	4	20	592	7	12
536	5	8	555	1	1	574	3	17			
537	2	17	556	5	10	575	1	2			
538	7	2	557	2	19	576	5	11			
539	5	24	558	1	16	577	4	9			
540	3	8	559	6	1	578	1	17			
541	7	17	560	3	10	579	6	2			
542	6	15	561	2	7	580	4	24			
543	3	24	562	6	16	581	2	9			

Tabula annorũ competentiũ magnis periodis ab 1 ad 12.

1.	592.
2.	1184.
3.	1776.
4.	2368.
5.	2960.
6.	3552.
7.	4144.
8.	4736.
9.	5328.
10.	5920.
11.	6612.
12.	7104.

Ab anno Mundi proposito si auferatur proximè minor huius Tabellæ, reliquus fuerit annus

Tabula dierum competentium mensibus periodi magnæ.

M.	*Dies*	*Sep.*	*Res.*
1	30	4	2
2	60	8	4
3	90	12	6
4	120	17	1
5	150	21	3
6	180	25	5
7	209	29	6
8	238	34	0
9	267	38	1
10	296	42	2
11	325	46	3
12	354	50	4
C. ab.	355	50	5
E. def.	383	54	5
E. ab.	384	54	6

Periodi labentis; ac siquidem lineam subiectam habuerit, embolimæus.

Itaq; vt sciatur status anni (verbi gratia) iam

iam ineuntis ab orbe condito 5611, huic ablato proximè minore in priore harum tabellarum 5328, reſiduus 283 in magnâ tabulâ monſtrat eum eſſe embolimæum, & incepiſſe ſeptimanę die ſecundo, cuius horâ paulò plus 14 à media nocte contigit medium nouilunium: & quia ſequens annus incipiet anticipato tantùm vno die ſeptimanæ, habere omnino 384 dies. Hæc eſt illa mirè facilis & expedita methodus huius noſtræ periodi, quæ accedens ad congruentiam eius cum ſolis lunæq; motibus relinquit inuidis ipſius Momis victis nil niſi dolorem aut reſipiſcentiam.

Porro autem ipſe quoque numerus annorum huiuſmodi periodi videtur facere nonnihil ad confirmandum ipſam eſſe verum annum magnum. nam Flauius Ioſephus Iudæus, Chriſti in terris verſantis ſeculo proximus, quem non immeritò ſuſpicari licet tale aliquid ex antiquitatibus populariibus hauſiſſe, Iudaicarum Antiquitatum libro primo, capite quarto ſub finem, gens de longæuitate Patriarcharum ante Diluuium, diſertè affirmat ſexcentis annis ſe ertentibus conſummari annum magnum. ſe At ſexcentis quidem annis præciſis contietur haud ignobilis periodus ſaltem lunæ omprehendens viginti triacontaeterides

vndenûm emboliſmorum, ſiue alternâ hē-
decaeteride & enneadecaeteride conſtan-
ſtantes, ac detrahens totidem annis Iulia-
nis dies ſolidos 33 minus 220 momentis
Iudaicis, ita vt characterem hebdomadi-
cum habeat 3d· 0^{h}· 220^{m}· iuxta menſu-
ram menſis Ptolemaicam. Verùm ſolis pa-
riter ac lunæ periodus (quæ ſola meretur
dici Annus magnus) nulla exiſtit iuxta an-
ni ac menſis menſuras receptis vicinas vel
ipſo ſexcentenario vel propinquiore ei
quàm octauo vltrà citráue anno. quo qui-
dem limite Hipparchica duplicata 32 en-
neadecaeteridum (quam 2 l. 12 c. innuere
videtur Plinius) ipſum excedit, noſtra verò
illa annorum 592 maturiùs conſumma-
tur.

Quocirca, vt tandem huic Defenſioni
finem imponã: ſi nulla extarent argumenta
maioris inæqualitatis atque breuitatis an-
ni ſolaris ſaltem à ſeculo Nabonazari ad
epocham Euangelii, quàm inde ad noſtri
vſque ſeculum: equidem non dubitarem
omni aſſeuerationè contendere illam pe-
riodum noſtram conſtantem annis verten-
tibus 592 eſſe ipſiſſimum Annum mag-
num. Quâ nihilominus (præſertim quum
facillima ſit mutatio vnius periodorum
noſtrarum in aliam dilatione emboliſm
altern

alterni in tertium annum,) etiamsi dixerim nihil præstantius vel æquè præstans à quoquam in hoc genere studiorũ nostro seculo, nec à decennali quidem illo sumptuoso consessu collegii Mathematicorum Pontificiorum, nec à qui ipsum exceperit valentissimo secutore Iosepho Scaligero, excogitatum esse: scio me apud æquos iudices nec meis inuẽtis nimiũ arrogare nec alienis derogare visum iri: adeo vt tametsi quasi Archimedéum ἰυρηκα propterea mihi exciderit, id tamen citra inuidiam eiusque comitem calumniam esse debuerit. Quod nisi quanto Pontificii & Scaliger huius generis inuenta pluris quàm par erat æstimauerint, tanto nostri eadem minoris æstiment: non sum perditurus operam. sin autem, ne sic quidem per Dei gratiam operam perdidi: quandoquidem honestis studiis animum occupanti & officium facienti & de genere humano quamlibet inuito & indignante benè mereri cupienti satis sit laudari à paucis hominum, satis ab vno, satis à nullo.

FINIS.

49 *pag.* 3 *lin. post* Orientis populo *supple* vltra vel præter Mahometanos